tēpoꝝ ⁊ plenitudine· iux̄ qꝺ dicit
apl̄s At vbi venit plenitudo tpis
miſit deꝰ filiū· ſ· factū ex muliere·
factū ſub lege· vt eos q̄ ſub lege
erāt re· Rō aūt ad intelligentiā
p̄dictoꝝ hic eſt· qꝛ incarnatio eſt
opꝰ p̄m p̄ncipij repantis iux̄ qꝺ
decet ⁊ ꝯuenit ſꝫm lib̄tatē arbitrij
ſꝫm ſublimitatē remedij· ⁊ ſꝫm inte
gritatē vniūſi Nā ſapientiſſimꝰ
artifex in agendo oīa hic attēdit
qm̄ ergo lib̄tas arbitrij h̄ req̄rit
vt ad nihil trahat̄ in vita· ſic de-
buit deꝰ genꝰ hūanū repare vt ſa
lutem īueniret q̄ vellet q̄rere ſal-
uatorē· q̄ vero nollet q̄rere ſalua-
torē. nᶜ ſalutē p ꝯſequēs īueniret
nullꝰ autē q̄rit medicū niſi recog-
noſcat ſe egrotā. nullꝰ q̄rit adiu-
torē n̄ recognoſcat ſe īpotētē Q̄ꝛ
ig̃r hō in p̄nᵒ ſui lapſꝰ adhuc ſu-
ꝑbiebat· de ſciā et v̓tute· ideo pre
miſit deꝰ legē natuꝛe in q̄ vinceret̄
de ignorātia Et pꝰ cognita igno
rantia ſed ꝑmanēte ſuꝑbia· de vir
tute q̄ dicebant nō deeſt q̄ ipleat
ſed deeſt q̄ iubet addidit legē pre
ceptis moꝛalibꝰ erudientē ⁊ ceri-
monialibꝰ aggrauantē vt habita
ſciā· et cognita īpotentia· ꝯfugēt
ad diuinā miſericoꝛdiā ⁊ grāꝫ poſtu
landā q̄ data eſt nob̄ in aduentu
xp̄i· ideo pꝰ legē natuꝛe et ſcp̄ture
ſubſequi debuit incarnatio verbi·
Rurſus· qm̄ ſublimitaſ remedij
req̄rit vt credat̄ fide firmiſſima· ⁊
ametur caritate ardētiſſima tā̄ꝗ
miſteriū ſecretiſſimū ⁊ ſalub̄ꝛimū
ideo cōgruētiſſimū fuit vt an̄ xp̄i
aduentū p̄irent mlta teſtimonia
ꝓphetaꝝ tam explicita in v̓bis· q̄ꝫ
īplicita in figuris· vt multis ⁊ fir-
mis teſtimonijs qꝺ erat ſecretū·
fiēt certū ⁊ īdubitabile ad credē-
dum Pꝛeirēt etiā multiplicia ꝓ-
miſſa ⁊ ardētiſſima deſideria· vt ꝓ-
miſſū beneficiū expectaret̄· expec
tatū differret̄· dilatatū amplius
deſideraret̄· et diu deſideratū· fer-
uētiꝰ amaret̄· ⁊ g̃tioſiꝰ ſuſcipet̄ et
ſuſceptū ſollicitiꝰ ſuaret̄ Poſtre
mo qm̄ īteg̃tas ⁊ ꝑfectio vniūſi re
q̄rit vt vniūſa ſint oꝛdinata ꝗ̄tū
ad loca ⁊ ꝗ̄tū ad tpa· et h̄ opꝰ in-
carnationis eāt ꝑfectiſſimū inter
oīa opa diuina· et ꝓceſſus debet eē
ab īꝑfecto ad ꝑfectū· ⁊ nō ecōuer
ſo Hinc ē ꝗ opꝰ illud debuit fieri
in fine tēpoꝝ vt fiat p̄mꝰ homo
q̄ erat totiꝰ mūdi ſenſibilis oꝛna-
mentū· vltimo fuerat conditus· ſ·
ſexto die ad totiꝰ mūdi ꝯpletionē
ſic ſcd̓s hō totiꝰ mundi reparati
cōplemētū in q̊ p̄mū p̄nᵐ iūgitur
cū vltimo· ſ· deꝰ cū limo fieri d̓buit
in fine tēpoꝝ h̄ eſt in ſexta etate·
que eſt etas apta ad exercitiū ſa-
pientie· et ad eneruationē concu
piſcentie· et ad trāſitū a ſtatu tur
binis ad q̄etē q̄ oīa cōpetūt ſexte
etati decurſuſ mūdi ꝓpē īcarnatio
nē filij dei Qm̄ ergo aduētꝰ xp̄i
fuit in tpe legiſ grē ⁊ in exhibitio
ne miſericoꝛdie repromiſſe· et in

p̄n° etatis ſexte· et hec oīa dicūt
plenitudinē· qꝫ lex gratie implet
legē ſcꝑture. ⁊ ſolutio ꝓmiſſi im-
plet ꝓmiſſionē. ⁊ ſexta etas rōne
pfectionis ſenarij ſonat in pleni
tudinē· Hinc eſt ꝙ in aduētu filij
dei dꝫ eē plenitudo tēpoꝝ· nō ꝓpt
hoc ꝙ in eiꝰ aduētu tp̄s finiatur
ſed qꝛ tpalia miniſteria ipleātur
Sicut aūt xp̄s nō debuit venīē in
p̄n° tp̄is· qꝛ aduētus eius nimis
fuiſſꝫ feſtinꝰ· ſic nec differre vſqꝫ
in finē vltimū· quia tūc nimiū eēt
tardꝰ ¶ Decebat em̄ ſaluatorē ve-
nire inē tp̄s morbi. et tp̄s iudicij
vt in medio introducēt tp̄us re-
medij· ¶ Decebat mediatorē q̄dā
ſuoꝝ mēbroꝝ p̄cedē quedā ſequi
¶ Decebat ductorē pfectū tunc ſe
oſtendē cū eēt oportunitas cur-
rendi ad brauiū· ⁊ hoc eſt in fine
tēpoꝝ circa īminū ⁊ approximati-
one ad finale iudiciū vt p timorē
iudicij ſtimulati· et p ſpē p̄mij at
tracti· et p pfectionē exēpli aīati
vigoroſe ⁊ pfecte ſeq̄mur ducem
de v̄tute ī v̄tutē· vſqꝫ q̄ pueniamꝰ
ad brauiū felicitatis eterne

¶ Capitulū· v·

¶ De plenitudine gratie xp̄i q̄ꝫtū
ad cariſmata in affectu·

Poſtq̄ꝫ inotuit nob̄ verbū
incarnatū q̄ꝫtū ad vnio-
nē naturaꝝ. ꝯſiderandū ē
q̄ꝫtum ad plenitudinē cariſmatū
ſpūaliū· Circa q̄ p̄mo cōſiderāda
eſt plenitudo grē in affectu· deīde
plenitudo ſapīe in itellectu· ⁊ poſ-
tremo plenitudo meriti in opa et
in effectu De plenitudine igitur
grē in affectu in xp̄ō hec tenenda
ſūt· ꝙ in xp̄ō a ſui cōceptione fuit
plenitudo oīs grē q̄ꝫtū ad gratiā
ſingularis pſone· q̄ꝫtū ad ḡtiā ca
pitis· ⁊ q̄ꝫtū ad ḡtiā vnionis Ita
ꝙ p gratiā ſingularis pſone ha-
buit oīs culpe īmunitatē. et q̄ꝫtū
ad actū· et q̄ꝫtum ad poſſe· qꝛ nō
peccauit· nec potuit pc̄m̄ habē·
¶ Per ḡtiā vnionis dignꝰ ē nō tm̄
felicitate glorie· veꝝ etiā adoracōe
latrie q̄ eſt cultꝰ reuerētie ſoli deo
debite Per ḡtiā v̄o capitis īfluit
motū et ſenſū in vniu̇ſos q̄ ad eū
accedūt· vel p fidē rectā· vel p fidei
ſacramēta· ſiue aduētū eiꝰ p̄ceſſe
rint ſiue fuerint ſb̄ſecuti· nā et qui
p̄ibant· et q̄ ſeq̄bant clamabant
oſanna filio dauid. ¶ Nō aūt ad
intelligentiā p̄dictoꝝ h̄ eſt· qꝛ re
paratio ē opatio p̄mi p̄ncipij ita
ꝙ ab ipſo emanat ſ̄m libertatē· ⁊
ad ipſū reformat ſ̄m ꝯformitatē
ido oportet ꝙ fiat p ḡtiā ⁊ deifor
mitatē· ḡtia em̄ emanat a deo libe-
raliter· et reddit hoīeꝫ deiformē·
¶ Qm̄ ergo repatiuū p̄n™ p ḡtiā
repat· ⁊ oīs res plenꝰ ⁊ pfectiꝰ ē
in ſuo fonte ⁊ origine q̄ꝫ in ſuo ri-
uulo ⁊ effectu· neceſſe ē ꝙ in p̄n°
nrō repatiuo· ſ· xp̄ō dn̄o fueit oīs
grē plenitudo. ¶ Et qm̄ repatiuū
p̄n™ in repando nō tm̄ tenet rōnē
p̄ncipij veꝝ etiā medij et extremi·
extremi q̄dē in ſatiſfaciēdo. medij
in recōciliādo· ⁊ p̄ncipij ī influēdo
Ideo nccē eſt ꝙ in xp̄ō fuerit ple-
nitudo ḡtie rōne extremi ſatiſfa-

ciẽtis medij recõciliãtis· ⁊ p̄ncipij
ſupinfluẽtis ¶ Qm̄ igit̄ extremũ
ad ſatiſfaciẽdũ idoneũ. necc̄e ē eſſe
deo placẽs ac p h̄ ab oī pc̄tō pfec̄
imune· et h̄ nō pōt eē niſi p donũ
diue grē in aliq̄ hoīe necc̄e fuit po
nere in xp̄o ḡtiã ipſũ ſc̄ificãtē ⁊ cō
firmãtē quã vocam⁹ ḡtiã ſingula
ris pſone. ¶ Rurſ⁹ qm̄ mediũ ad
recõciliãdũ ꝯueniẽs n̄ ē· n̄ habeat
in ſe vtrãqȝ naturã· ſupiorē ⁊ inferi
orem· ſ· adorabilē ⁊ adorantē· et h̄
nullo⁹ fieri p̄t niſi p ſūme digna
tiuã ⁊ ḡtuitã vnionē· iō necc̄e eſt in
xp̄o ponē ḡtiã ſup oēm gratiã. et
oīmodã reuerẽtiã venerãdã· quã
vocam⁹ ḡtiã vnionis· rōne cui⁹ ē
xp̄s hō ſup oīa bn̄dict⁹ de⁹ ⁊ idō
cultu latrie venerãd⁹ ¶ Poſtremo
qȝ p̄n^m ad influendũ efficax nō eſt
niſi hȝ in ſe fontalē plenitudinē ⁊
originalē· q̄ n̄ tm̄ ē plenitudo ſuffi
ciẽtie ȝ etiã ſuphabũdãtie· iō necc̄e
eſt v̄bũ incarnatũ eē plenũ grē et
veritatis· ita q̄ de plenitudīe eius
accipe valeãt vniũſi iuſti· ſic vniũ
ſa mẽbra a capite accipiũt influen
tiã mot⁹ et ſenſus· ⁊ ꝓpt h̄ vocat̄ h̄
grã· grã capitis· ꝓ eo q̄ ſic caput
hȝ i ſe ſenſuũ pleītudinē· ⁊ ceteris
mẽbris ē ꝯforme· ceteriſqȝ p̄ſidet
ac ceteris ⁊ bn̄ficiũ p̄ſtat influẽtie
q̄ ipi capiti ꝯnectũt̄· ſic xp̄s hñs i
ſe grē ſupabũdãtiã· ⁊ nob̄ cōſiliis
eſt in nã· p̄ ceteris ſc̄is ⁊ iuſt⁹· ce-
teris q̄ ad ipſũ accedũt p̄ſtat be-
neficiũ grē ⁊ ſpūſc̄i. p q̄ fit ſenſ⁹
⁊ mot⁹ in ſpūalib⁹· ⁊ qm̄ ad ipſũ
accedē ē p fidē vl̄ p fidei ſac̄mẽtũ.

et fides xp̄i eadē ē in p̄teritis p̄nti
bus ⁊ futuris· iō rō influẽdi i xp̄o
ponit̄ reſpcũ oīm· tã p̄teritoꝝ q̄
p̄ntiũ q̄ etiã futuroꝝ in xp̄m cre
dẽtiũ· ⁊ i ipſo renatoꝝ q̄ p fidē co
pulãtur xp̄o· ⁊ p ḡtiã influẽtē ſiũt
mẽbra xp̄i ⁊ tẽpla ſpūſc̄i. ac p h̄
filij dei p̄ris cōnexi ad inuicē p in
diſſolubile vinculũ caritatis q̄ ſic
diſtã^a locoꝝ n̄ diuidit̄· ſic n̄c diu
turnitate tpm ſepat̄· ac p h̄ ōnes
iuſti vbicūqȝ ſũt· ⁊ qñcūqȝ ſũt·
vnũ efficiũt corp⁹ xp̄i miſticũ ſen
ſũ ⁊ motũ ſuſcipiẽdo de vno capi-
te influẽte ſc̄dm fontalē· radicalē
et originalē plenitudinē oīs grē
in ipſo habitãtis ſicut in fonte.

## ¶ Capitulũ· vi·

## ¶ De plenitudine ſapientie xp̄i in intellectu

DE plenitudine v̄o ſapie
xp̄i in itellectu h̄ tenẽdũ
eſt q̄ in v̄bo icarnato xp̄o
ſcȝ dño nrō fuit oīs ſapie pleni-
tudo· nō ſolũ q̄tũ ad cognita· veꝝ
etiam q̄ ad cognoſcẽdi modos et
differẽtias ¶ In ipſo nãqȝ fuit cog
nitio ſpūalis ex pte deitatis· cog-
nitio ſenſualis ex pte ſenſualita-
tis et carnis· cognitio ſciẽtialis ex
pte mẽtis et ſpūs ¶ Et hec fuit tri
plex q̄dã· ſ· p naturã· q̄dã p ḡtiã·
et quedã p gloriã ¶ Vn̄ ſapiam ha
buit vt de⁹· et vt hō· et vt ꝯprehē
ſor· et vt viator· et vt illuminat⁹
p gratiã· ⁊ vt recte format⁹ p na-
turã· ⁊ ita in vniũſo ſũt i xp̄o q̄nqȝ
modi cognoſcendi· ¶ Pm⁹ eſt p̄m
diuiã naturã· et h̄ modo cognouit

oīa actualia ⁊ potētialia finita. ⁊
infinita· cognitione actuali ⁊ cōp
hēſiua· ſcd'ſ p gloriā. ⁊ h̄ mō cog
nouit oīa actualia· et finita cogni
tione actuali et cōprehēſiua Infi
nita v̄o cognitione habituali vel
exceſſiua· tercī' eſt p gratiā· et hoc
mō cognouit oīa ſpectātia ad hu
mani gnī' redēptionē· q̄rtu' ē ſm
naturā integrā cuiuſmodi fuit in
adā· et hoc mō cognouit oīa que
ſpectāt ad vniūſi ꝯſtitucōez· q̄nt'
eſt ſm ſenſibilē experiētiā. ⁊ hoc
mō cognouit oīa q̄ veniūt ad or-
gana ſenſuū ſm quē modū d'z ꝙ
didicit ex hijs q̄ paſſus ē obediē-
tiā Nō aūt ad itelligētiā p̄dcōꝝ
h̄ eſt· qz ſicut repatiui p̄ncipij eſt
nos repare p liberaliſſimā grām.
ſic etiā p ꝓuidētiſſimā ſapiam Qz
eni ſm ordinē ſapie cōditū fuit n̄
p̄t abſqz luce ⁊ ordine ſapie repa
rari· et id'o ſicut xp̄s debuit eē im
munis ab ōni culpa· ſic elōgatus
debuit eē ab oī ignorātia· ac p h̄
totalr' replet' ſupne ſapie· luce et
circūfulgētia· q̄ ꝓpter cognitionē
pfectā habuit ſm vtrāqz naturā
et potentiā ꝯgnoſcitiuā. ſm oīm
reꝝ exiſtētiā Qz ergo res habēt
eſſe in etna arte· in hūana mēte·
in ꝓp̄o gnē· neceſſe fuit xp̄m hr̄e
hanc triformē reꝝ cognitionem·
Qz v'o res duplr' p̄ōt cognoſci i
arte· ſ· vel ab ipſo artifice· vel ab
alio contēplante artē· ⁊ ſilr' habz
eſſe dupliciter· et cognoſci in mēte·
etiā p̄ter acq̄ſitionē que xp̄ō nō
cōpetit ꝓpter iperfectionē. ſ· vel
ſm habitū inatū· vel ſm habitū
infuſū Hinc eſt ꝙ neceſſariū fuit
ad pfectā ſapie plenitudinē q̄nqz
modos p̄dcōs reperiri in xp̄ō deo
et hoīe vt in arte etna cognoſcēt
res p naturā deitatis· et p gloriā
cōprehēſionis In mēte aūt ſua p
habitū naturalē et inatā· ſic cog-
nouit adā et angeli· et p habitū
gratuitū et infuſū· ſicut ſancti dei
p ſpm̄ ſcz illuminati In ꝓp̄o v'o ge
nere cognoſceret via ſenſus me-
morie ⁊ experiētie· q̄ in nob' facit
rem incognitā ꝯgnoſci In xp̄ō v'o
rem notā ſm vnū modū ꝯgnoſci
facit ſcd'm aliū modū· Qm̄ autē
d'ina ſubſtātia v'tus et opatio eſt
imenſa· Hinc ē ꝙ ſm p̄m̄ modū q̄
eſt p naturā deitatis· ifinita actua
liter cōprehēdit. q̄dā eni infalli-
bili mō ſūme ifinito· oīs ifinitas
eſt finita· qz v'o ſb'ſtantia virtus
et opatio creature q̄tumcūqz ſub
limate finita eſt· ita tn̄ ꝙ mēs hu
mana nō quieſcit niſi in bono infi
nito· nec tn̄ illud cōprehendit. qz
infinitū nō cōprehendit' a finito
accepta cōprehēſione ꝓp̄e· Hinc
eſt ꝙ q̄tū ad ſcd'm modū ꝯgnoſ
cendi anima xp̄i p gloriā cōpre-
henſionis capit q̄tūcūqz p̄t ca
pere natura finita p bonū ifinitū
btificata· cui eſt ſūme vnita· ac p
h̄ ad finita ſe extēdit actualr' ap
p̄hendēdo· ad ifinita v'o habitua
liter vel etiā extēdendo· nō p̄t eni
aīa xp̄i equari v'bo· nec in ſcientia
nec in aliq̄ alio. Rurſus qz g̃tia
maxime reſpiciat op' repationis.

Hinc eſt q̄ ſm̄ terciū modū cog
noſcēdi p̄ gr̄tiā pfectiſſimā cogno
uit xp̄s oīa q̄ ſpectāt ad repatio
nē noſtrā lōge excellētius ⁊ meli⁹
q̄ꝫ aliq̄s ꝓphetaꝝ vel etiā āgeloꝝ.
qꝛ natuā hoīs bene īſtituta. nata
erat oīb⁹ creaturis p̄eſſe et ipſas
noſſe tanq̄ꝫ eas q̄ debebāt ſibi ſer
uire. ſic patuit ī p̄mi hoīs ꝯditio
ne. Hinc ē q̄ q̄ꝫtū ad q̄rtū modū
cognoſcēdi cognouit xp̄us oīa q̄
ſpectāt ad mūdanā machinā cō-
ſtruendā lōge excellētius q̄ꝫ adā
Poſtremo qꝛ ſenſ⁹ n̄ eſt ꝑcepti
uus reꝝ n̄ ad obiecti p̄ntiā Hinc
eſt q̄ ſm̄ cognitionē ſenſitiuā. nō
ſil̄ cognoſcebat oīa. ſ; mō hec. mō
illa. iux̄ qđ optimū eāt ad repa-
tionē hūani gn̄is faciendā.

## Capitulū. vij.

De pfectione meriti in effectu

De plenitudine aūt meriti xp̄i h̄ tenēdū ē. q̄ in xp̄o dn̄o fuit oīs meriti pfec-
tio ⁊ plenitudo. p̄° q̄ꝫtū ad eū qui
merebat̄. qꝛ non tm̄ erat hō. veꝝ
etiā de⁹. ſcđo q̄ꝫtū ad tp̄s in q̄ me
rebat̄. qꝛ ad inſtanti ꝯceptionis
vſqꝫ ad horā mortis. tcio q̄ꝫtū ad
illđ p̄ qđ mērebat̄. qꝛ p̄ pfectiſſi̅m
habitū caritatis. et perfectiſſimū
exercitiū v̄tutis in orādo. ī agēdo
ī patiēdo. q̄rto q̄ꝫtū ad eū cui me
rebat̄. qꝛ n̄ tm̄ ſibi veꝝ etiā ⁊ nob̄
īmo oīb⁹ iuſtis. q̄nto q̄ꝫtū ad illđ
qđ merebat̄ nob̄. qꝛ nō tm̄ glia
veꝝ etiā gr̄tiā ⁊ veniā. ⁊ nō tm̄ glia
ſp̄ūs. ſ; etiā ſtolā carnis ⁊ apertio
nē ianue celeſtis. ſexto q̄ꝫtū ad id
qđ merebat̄ ſibi. qꝛ l; nō meret̄
glorificationē mentis quā h̄ebat
merebat̄ tn̄ glorificationē carnis
et accelerationē reſurrectionis. et
clarificacōnē ſui noīs ⁊ dignitatē
iudiciarie p̄tātis. ſeptīo q̄ꝫtū ad
modū q̄ merebat̄. cū eni tripl̄r di
catur aliq̄s mereri. vl̄ de indebito
faciēdo debitū. vl̄ de debito magis
debitū. vel de debito vno°. faciēdo
debitū alio mō. oīb⁹ hijs modis
meruit nob̄. 3°° tm̄ meruit ſibi fa
ciendo h̄ plenitudīe grē ſp̄ūſcī p̄
quā xp̄s ſil̄ eāt btūs. ⁊ ī ſtatu me
rēdi. ita q̄ ſ̄ ei⁹ meritū oīa merita
nr̄a habēt fūdari Nō āt ad intel
ligētiā p̄dcōꝝ h̄ ē. qꝛ cū in p̄n° re-
paratiuo xp̄o. ſ. dn̄o nr̄o nccāria
fuit plenitudo grē ⁊ ſapīe q̄ ſunt
nob̄ origo rōē ⁊ ſcē viuēdi. ncōē eſt
q̄ ī xp̄o fuerit plenitudo ⁊ pfectio
oīs meiti ſ; oēꝫ modū pleītudīs
Quia. n. ī xp̄o fuit plenitudo grē
vnionis p̄ quā eāt de⁹ ab inſtāti
ꝯcepcōis h̄ns gloriā ꝯp̄hēſionis
⁊ motū liberi arbitrij Hinc eſt q̄
nccārio fuit ī xp̄o pfectio meriti.
⁊ q̄ntū ad excellētiā et dignitatē
merētiſ. ⁊ q̄ꝫtū ad celerrimā opor
tunitatē tp̄is Rurſ⁹ qꝛ fuit ī eo
plenitudo grē ſingl̄aris pſone. p̄
quā habuit firmiſſimā caritatē. ⁊
oēs v̄tutes pfcē q̄ꝫtū ad habit⁹ ⁊
exercitia. neceſſe fuit q̄ ī eo fuerit
pleītudo meiti q̄ꝫtū ad id p̄ qđ cō
tingit mereri. cuiuſmōi ē radix ca
ritatis ⁊ act⁹ mltiplicis nobilitatis
Ampli⁹ qꝛ fuit in eo plenitudo
grē capitis p̄ quā pleniſſimā ha-

buit īfluentiā in mēbra ſua. Hinc eſt ꝙ plenitudinē habuit meriti· nō tm̄ reſpectu ſui· ſꝫ etiā reſpectu nr̄i· q̄b? ſicut oīa ſpūalia q̄ hēm? influit rōne d̄initatis. ſic meruit rōne aſſūpte hūanitatis· ſiue ſint bona ſtat? p̄ntis· ſiue etne felicitatis· Poſtremo qz tātoꝝ cariſmatū plenitudo· neceſſario ponebat in xp̄o ſūmā ꝛ pfectā felicitatē ſm̄ ſui ptē ſupiorē· licet diſpenſatiue ꝑpt nos eſſꝫ in ſtatu vie Hinc eſt ꝙ pfectionē habuit meriti q̄tum ad id qđ meruit ſibi· qz n̄ gloriā ꝛ btītudinē aīe cōcreatā q̄ naturaliter in ipſo oē meritū anteced ebat ſꝫ ſolū illa cū q̄b? ſtat? vie ſtare n̄ poteāt· ſic ſtolā corporis cū glorificatione ſue excellētiſſime dignitatis· Hinc ē ꝙ pfectionē habuit meriti queadmodū merēdi Qz eni in ipſo ab inſtāti cōceptionis fuit pfectiſſima plenitudo. ſtatim meruit oīa q̄ potuit mereri ī ſpacū ſui· ac p h de debito vno mō· facē potuit debitū alio mō. de idebito aūt debitū· vel de debito magi? debitū facē nō potuit ſibi· qz nullo mō potuit i ſcītate pficē cū a p̄n° eſſꝫ ſanctiſſim? fecit tn̄ h nob̄ qui merito ipſi? iuſtificam² p ḡtiā pficim? in iuſticia ꝛ p etnā gloriā coronam²· ac p h i merito xp̄i radicata ſūt oīa merita nr̄a· ſiue ſatiſfactoria pene· ſiue meritoria vite etne· qz nec ab offenſa ſūmi boni digni ſum? abſolui· nec imēſitatē eterni p̄mij q̄ de? eſt· digni ſum? luctari· niſi p meritū hoīs dei· cui dicere poſſim? et debem? oīa opa nr̄a opat? es in nob̄ dn̄e· ipē iquā eſt de?· cui ꝑpheta dixit· dixi domino de? meus es tu· q̄. b· m·

Capitulū· viij·

De paſſione xp̄i q̄tū ad ſtatū patientis·

Poſtq̄ cir̄ v̄bū incarnatū ꝯſiderata ē vnio naturaꝝ ꝯſideāta ē nihilomin? plenitudo cariſmatū· deīde ꝯſiderāda eſt tolerantia paſſionū Cir̄ quā ꝯſiderand? ē ſtat? patiētis· 2° modus cōpatiēdi· 3° exit? paſſionis·

De ſtatu v̄o patiētis h tenēda ſūt· ſ· ꝙ xp̄s aſſūpſit n̄ tm̄ hūanā naturā· ſꝫ etiā defect? circa naturā Aſſūpſit eni penalitates corporales· vt famē· ſiti· et laſſitudinē· Aſſumpſit ꝛ ſpūales vt triſticiā· gemitū· et tīorē· Nec tn̄ oēs corporales aſſūpſit. ſicut ſūt defect? egritudinū multiformiū· Nec oēs ſpūales· ſic ſūt ignorā^a ꝛ rebelliones carnis ad ſpm̄ Nec q̄litercūqꝫ qz ſic ncītatē ſuſcepit· vt tn̄ nihil pati poſſꝫ iuite· nec ſm̄ voluntatē deitatis· nec ſm̄ volūtatē rōis licet paſſio fuerit ꝯ volūtatē ſenſualitatis ꝛ carnis· ſic exp̄mit orō ſaluatoris q̄ dt nō ſic ego volo ſꝫ ſicut tu vis Rō aūt ad itelligentiā p̄dictoꝝ h eſt· qz cū p̄n^m reparatiuū i recōciliādo. ncāri o habeat mediatoris officiū· ideo neceſſe ē ꝙ habeat cōuenientiā cū vtroqꝫ extremoꝝ· n̄ ſolū q̄tū ad naturā. reꝝ etiā q̄tū ad ea q̄ ſūt cir̄ nām· Cū ergo de? ē iuſt? et btūs im-

mortal· et ĩpaſſibil· hõ vͦo lapſus
eſt peccatoꝛ. ⁊ miſer paſſibil moꝛ
talis neceſſe fuit mediatorẽ dei et
hoĩm vt poſſꝫ hoĩeʒ reducẽ ad deũ
cũ deo cõicaẽ in iuſticia ⁊ btĩtudĩe
cũ hoĩe vͦo ĩpaſſibilitate et moꝛte
vt ſic trãſeuntẽ habẽdo mõꝛlitatẽ
⁊ btĩtudĩnẽ ꝑmanẽtẽ· hoĩeʒ redu
ceret de pñti miſeia ad vitã beatã
Sicut ecõtra angelꝰ malꝰ hñdo
ĩmoꝛtalitatẽ cũ miſeria ⁊ ĩiuſticia
fuit mediatoꝛ faciẽs eadẽ ĩ culpã
⁊ miſeriã· ꝑ ſuggeſtionẽ ſuã· Q̃m
ergo xp̃s mediatoꝛ debuit hrẽ in
nocentiã ⁊ btĩtudĩnẽ fruitõnis cũ
mõꝛlitate ⁊ paſſibilitate Hinc eſt
ꝙ ſimꝉ debuit eẽ viatoꝛ ⁊ ꝯp̃hen-
ſoꝛ De oĩ etiã ſtatu aliq̃d habuit
in ſe ſꝫm ꝙ dꝛ aſſũpſiſſe de ſtatu
innocẽtie pcti ĩmunitatẽ· de ſtatu
natuẽ lapſe mõꝛlitatẽ· de ſtatu vͦo
glorie btĩtudĩnẽ fruicõnis ꝑfecte
Rurſꝰ q̃m penalitates vitioſe
ſic ſũt ille q̃tuoꝛ. ꝓpẽ pctm̃ origi-
nale ĩflicte· ſ· ignoꝛãtia· ĩfirmitas
et malicia· et ꝯcupiſcẽtia ſtare nõ
pñt cũ ꝑfectiſſiã inocẽtia Hinc ẽ
ꝙ has aſſumẽ nõ debuit nͨ aſſũp
ſit Pene vͦo que ſũt exercitatiue
v̾tutis ꝑfecte ⁊ teſtificatiẽ huma
nitatis vere nõ ſimulate· potiſſime
ille ſũt q̃ reſpiciũt nr̃aʒ naturã in
cõi ſicut fames et ſitis in abſentia
alimenti· triſticia ⁊ timoꝛ in pñtia
nocumẽti Hinc eſt ꝙ illas debuit
aſſumẽ ⁊ aſſũpſit Poſtremo qꝛ
nullꝰ inocẽs debet ĩuitꝰ aliquã pe
nã ſuſtinẽ· qꝛ h̾ eẽt ꝯ oꝛdinẽ dĩne
iuſtiᵉ· nullꝰ etiã moꝛtal vult moꝛi

⁊ pati ſꝫm appetitũ natuẽ q̃ natu-
ralit refugit moꝛtẽ Hinc ẽ ꝙ xp̃s
d̾buit hrẽ hm̃õi pẽalitates· ſic tñ
vt nihil poſſꝫ pati ĩuite ſꝫm rõnẽ·
nõ ſolũ ꝓpẽ btĩtudĩnẽ et d̾ĩtatẽ
oĩpotentẽ ſibi vnitã· ꝑ quã pote-
rat repellẽ oĩa· ſꝫ etiã ꝓpẽ ꝑfectiſſi
mã ĩnocentiã· q̃ ſꝫ oꝛdĩnẽ natuꝛal
iuſticie· nihil ꝑmittit pati ĩuite·
ſic etiã pateretꝰ vt tñ h̾ eẽt contra
naturalẽ ĩclinationẽ ⁊ appetitũ na
ture q̃ eſt in ſenſualitate et carne·
Et hinc ẽ ꝙ xp̃s oꝛans ſꝫm rõnẽ.
volũtatẽ carnis exp̃mebat q̃ paſ
ſionẽ refugiebat cũ dicebat. tran-
ſeat a me calix iſte· volũtatẽ tñ ra
tionis volũtati pr̃is cõfoꝛmabat ⁊
appetitui carnis ꝓponebat· cũ di
cebat nõ mea volũtas ſꝫ tua fiat· ⁊
ſic vna volũtas nõ erat alteri ꝯtria
qꝛ ſꝫm volũtatẽ dĩnã· iuſtũ qd̾ eẽt
voluit· ſꝫm volũtatẽ rõis iuſticie cõ
ſenſit· ſꝫ ſꝫm volũtatẽ carnis penã
recuſauit· ſꝫ tñ iuſticiã nõ accuſa-
uit· ⁊ ſic vnaq̃qꝫ voluntas qd̾ ſuũ
erat opabatꝰ· ⁊ qd̾ ad ſe ꝑtinebat
ſeq̃batur volũtas dĩnã iuſticiã· vo
luntas rõnalis obediẽtiã· volũtas
carnis naturã Ac ꝑ ñ eẽt in xp̃o
colluctatio ⁊ pugna· ſꝫ pacata oꝛ-
dinatio ⁊ tranq̃llitas oꝛdinata

Capitulũ· ix·

De paſſione xp̃i q̃tum ad mo
dũ patiendi·

De mõ patiẽdi h̾ tenendũ
eſt ꝙ xp̃s paſſꝰ ẽ paſſio-
ne generaliſſiã· paſſione
acerbiſſiã paſſione ignomioſiſſiã
paſſiõe ĩtereptoria ſꝫ viuificatiua

Paſſione inquã gn̄aliſſiã. q̄tũ
ad naturã hũanã. nõ ſolũ ſm oĩa
mẽbra pͥncipalia corpis. verꝫ etiã
ſm oẽm aĩe potẽtiã. licꝫ nihil pati
poſſꝫ ſꝫ dĩnã naturã ¶ Paſſ9 ẽ etiã
paſſione acerbiſſima. qꝛ nõ ſolũ
dolẽdo vt patiẽs p vulnera. ſꝫ etiã
cõdolẽdo put ꝯpatiẽs ꝓpt nr̃a de‑
licta ¶ Paſſus ẽ etiã paſſiõe igno
miniosiſſima. ⁊ ꝓpt patibulũ cru
cis. qđ erat ſuppliciũ peſſimoꝝ. et
ꝓpt ꝯſortiũ iniqꝝ videlꝫ latronũ
cũ q̃b9 fuit deputat9 ¶ Paſſus eſt
ṽo paſſione interẽptoria p ſepa‑
tionẽ aĩe a corpe. ſalua tñ vnione
vtriuſqꝫ cũ deitate ¶ Anathema. n.
eſt q̃ dicit dei filiũ naturã quã ſe‑
mel aſſũpſit aliqñ tͥliq̃ſſe. ¶ Hõ ãt
ad itelligentiã p̃dcõꝝ hec ẽ. qꝛ re
patiuũ pͥn̄m. ſic ordinate ꝓduxit.
ſic ⁊ ordinate repaꝛe debuit gen9
hũanũ. ſic igiť repare debet vt ſal
ua ſit libertas arbitrij. ſalu9 ſit ni
hilominu9 honor dei. ſaluus etiam
ordo regiminis vniuẽſi ¶ Qꝛ ergo re
parare debuit ſalua libtate arbi‑
trij repauit dãdo exẽplũ efficaciſ
ſimũ. exẽplũ aũt illđ efficaciſſimũ
eſt qđ iuitat ⁊ iformat ad culmẽ
ṽtutũ ¶ Nihil autẽ magis infor
mat hoiẽꝫ ad ṽtutẽ q̃ exẽplũ tole
randi mortẽ ꝓpt iuſticiã ⁊ obediẽ
tiã dĩnã. mortẽ inquã ñ quãcũqꝫ
ſꝫ penaliſſimã. ¶ Nihil ṽo magis
incitat q̃ tanta benignitas q̃ ꝓ nob
altiſſimu9 dei fili9. abſqꝫ nr̃is meri‑
tis. imo cũ multis nr̃is demeritis
poſuit aĩam ſuã q̃ benignitas tãto
maior oñdiť q̃to ꝓ nob̃ grauiora ⁊

abiectiora pati voluit de9 ¶ Qꝛ enĩ
ꝓprio filio ſuo nõ pepcit. ſꝫ ꝓ no‑
bis oĩbus tradidit illũ. quõ non
etiã cũ illo oĩa nob̃ donauit. ex q̃
inuitatꝛ ad ipſũ amãdũ et amatũ
imitandũ. ¶ Rurſus qꝛ repare de
buit ſaluo honore dei. ideo repa‑
uit offerẽdo obſequiũ ſatiſfacto‑
riũ. ¶ Eſt aũt ſatiſfacẽ honorẽ deo
debitũ ipendẽ. honor aũt deo ſb‑
tract9 p ſupbiã ⁊ inobedientiã re‑
ſpectu rei ad quã hõ aſtringitur.
nullo mõ meli9 reſtituiť q̃ p hu‑
miliatõnẽ ⁊ obediẽtiã ad eã rẽ ad
quã nullaten9 teneť. ¶ Qm̃ ergo
xp̃s Jh̃s inq̃tũ de9 eq̃lis erat pr̃i
i forma dei inq̃tũ hõ inocẽs nul
laten9 erat debitor mortis. dũ ſe‑
metipſũ exinaniuit. et fact9 ẽ obe‑
diens vſqꝫ ad mortẽ. exoluit deo
qđ nõ rapuit. p obſequiũ ſatiſfac
tionis pfecte. et obtulit ſacrificiũ
ſuauitatis ſũme ꝓ pfecta dei pla‑
catione ¶ Poſtremo. qꝛ reparare
debuit ſaluo ordine reginis vni‑
uerſi. idõ p mediũ ꝯueniẽtiſſimũ
repauit ¶ Cõueniẽtiſſimũ ãt eſt vt
ꝯtria ꝯtrijs currẽtur ¶ Qꝛ ergo hõ
volẽs eẽ ſapiẽs vt de9 peccauit in
ligno vetito. volẽs delectari. ita q̃
inclinat9 ẽ ad libidinẽ erect9 in p̃
ſũptionẽ. ac p h̃ totũ gen9 hũanũ
ifectũ ẽ. ⁊ pdidit imortalitatẽ. ⁊ in‑
currit debitã mortẽ. hic ẽ q̃ ad h̃
q̃ hõ repareť ꝯuenienti remedio
de9 fact9 hõ voluit hũiliari i ligno
pati ꝯ vniũſalẽ ifectõꝫ pati paſ‑
ſione acerbiſſiã ꝯ p̃ſũptionẽ paſ
ſione ignominioſiſſiã ꝯtra mortẽ

debitã et inuitã·pati voluit mortē
debitã nõ iuitã·ſed voluͦtariã Qꝫ
ergo gñalitas corrupcõis in nobꝫ
infecerát ñ ſolũ corpꝰ ⁊ aiaꝫ·ſꝫ etiã
oēm corporis ptē.⁊ oēm aie po‑
tētiã · Hinc ē ꝙ xp̄s paſſꝰ ē in oi
corporis pte·et in oi potētia aie·
⁊ in ſupiori portione rõis q̃ ſũme
in deo delectabatᷣ·vt rõ·et ꝓpter
vnionē ſui ad ſupius·et ſũme pa
tiebatᷣ vt natuá·⁊ ꝓpt ꝯiūctionē
ad inferiꝰ·qꝛ xp̄s erat viator ⁊ cõ
ꝓhenſor ſil Rurſꝰ·qꝛ libido ve‑
hemēter ifecerat i nobꝫ aiaꝫ ⁊ car‑
nē·et ꝙ̃tũ ad carnalia· et ꝙ̃tũ ad
ſpũalia pctã Hinc ē ꝙ xp̄s ⁊ acer
biſſimã paſſionē paſſꝰ ē in carne
⁊ amariſſimã cõpaſſꝰ ē in aia Et
qꝛ in carne erat maxie eq̃litas cõ
plexionis. et pfecta viuacitas ſen
ſuũ·in aia vͦo ſũma caritas ad deũ
⁊ ſũma pietas ad ꝓximũ·Hinc ē
ꝙ vtqꝫ dolor fuit itēſiſſimꝰ Am
plius qꝛ tumor ſupbie aliqñ con
ſurgit interiꝰ ex ꝓſũptione·aliqñ
exteriꝰ ex oſtētacõe.⁊ aliena lau‑
de·idͦo ad ꝛmediãdũ oēm ſupbiã
xp̄s paſſꝰ ē vtrũqꝫ genꝰ ignomi‑
nie·et in ſe patiēte· et in comitatu
quē habuit i paſſiõe Poſtremo
qꝛ hec oia ñ attingebãt dͥuiã na‑
turã ipaſſibilē·ſꝫ ſolũ hũanã Hic
eſt ꝙ i morte xp̄i·ſic facta ē diui‑
ſio aie a carne·vt tñ ſalua eēt vni
tas pſone·⁊ vnio tã carnis ꝙ̃ aie
ad deitatē.⁊ qꝛ vnio aie cũ corpe
facit hoiem ⁊ facit viuũ Hinc ē ꝙ
xp̄s ñ fuit hõ i illo t̄duo·licet aia
⁊ caro eēnt vnita cũ verbo·Vñ qꝛ
mors in hũana natuá nõ potuit
mortē inducē in pſonã q̃ ſp fuit
viua·et idͦo mortua ē mors iuita
⁊ p xp̄i mortē·abſorta ē mors in
victoria·⁊ deuictꝰ pͥnceps mortis
ac p ħ hõ a morte·⁊ cauſa mortiſ
p meritũ mortis xp̄i tãꝙ̃ p reme
dium efficaciſſimũ liberatus·

Capitulũ·x·

De paſſiõe ꝙ̃tũ ad exitũ paſſiõis

DE exitu ãt paſſionis xp̄i
⁊ fructu·ħ indubitanter
tenēda ſũt· ꝙ aia xp̄i pꝰ
paſſionē deſcēdit ad infernũ ſiue
ad limbũ·ad liberacõꝫ ñ oim· ſed
eoꝝ q̃ int̄ mēbra xp̄i deceſſerũt per
fidē viuã vel fidei ſacr̄a Pꝰ ħ t̄cia
die reſurrexit a mortuis· reſumē
do corpꝰ viuificatũ·ſed ñ tale q̃le
pͥus fuerát·qꝛ pͥus fuerát paſſibile
mõrle. poſtea aũt reſurrexit im‑
paſſibile et imortale·viuēs i ſem‑
piternũ Deinde pꝰ ·xl·dies aſcē
dit ad celos· vbi ſup oēm creatu
rã exaltatꝰ ſedet ad dexterã dei pa
tris qͦd dictũ intelligitᷣ· nõ q̃tũ
ad ſitũ q̃ nõ cõpetit deo patri.ſed
q̃tũ ad excellētiã bonoꝝ · qꝛ· ſcꝫ
reſidet in potioribꝰ bonis patris·
Poſtremo interiectis decē diebꝫ
miſit in aplos ꝓmiſſũ ſpm̄ ſcm̄ p
quē ꝯgregata ē eccleſia gentiũ.⁊
ordinata ſcd̄m diuͦſas diſtributio
nes officioꝝ et grãꝝ· Rõ aũt ad
intelligentiã ꝓdictoꝝ ħ eſt· quia
ſicut xp̄us ing̃tũ verbũ increatũ
pfectiſſīe oia formauit· ſic ing̃tũ
incarnatũ oia pfectiſſime refōrre
debuit Decet em̄ pfectiſſimũ pͥn

cipiū opꝰ nō dimittē citra pfectū
Debuit ergo repatoriū pͥnͫ re
dēptionis hūane p remediū ducē
ad pfectū. ad h āt ꝙ eſſz pfectiſſi-
mū oportuit ꝙ eēt ſufficiētiſſimū
et efficaciſſimū Qꝛ ſufficiētiſſiͫ
iō ſe extēdit ad celeſtia·trēſtria·⁊
īfernalia Quia ergo p xp̄m ſūt
īfernalia recupata· trēſtria reme
diata·celeſtia reinteḡta·ita ꝙ pͥͫ
hoꝝ fecit premiā·ſcd̄m per ḡtiā·⁊
tciū p gloriā·ido pꝰ paſſionē aīa
deſcēdit ad iferos · ad liberādū in
inferno detētos·deinde reſurrexit
a mortuis·ad viuificādos ī pctīs
mortuos·aſcēdit ad celos reducē
do captiuitatē ad reītegrādū ihꝛlm
celeſtē. miſit ſpm̄ſcm̄ ad edifican-
dū ihꝛlm trēſtrē·q oīa neceſſario
ↄſequūtꝰ⁊ exegūtur ad ſufficiētiā
repationis hūane Rurſꝰ·qꝛ re
mediū illd fuit efficaciſſimū tā in
eos q xp̄i aduentū p̄ceſſerūt ꝙ̄ in
eos q ſequūtur·q tn̄ ad ipſū xp̄m
accedūt et acceſſerūt·⁊ eiꝰ mēbra
fuerūt et ſūt·tales aūt ſūt q adhe-
rent ei p fidē·ſpem ⁊ caritatē·ideo
rmediū illud hrē debuit efficaciā
pͥmo in eos q in xp̄m crediderūt
credēdo ſperauerūt. ⁊ ſperādo ama
uerūt·ac p h ſtatī debuit ad infe-
ros deſcendē·ad ipſoꝝ liberacōnē
Vn̄ apta ianua celi p xp̄i paſſio-
nē qui ſatiſfaciendo āmouerat rū
pheā·mutādo ſimam dinā eripuit
de iferno oīa mēbra ſua Debuit
etiā habē efficaciā p̄cipuā in eos
q xp̄i aduentū ſequūtur vt attra-
hendo ad fidē·ſpem et caritatem.

tandē ad gloriā pducēt celeſtē·vt
igitur edificaēt ad fidē q credimꝰ
xp̄m veꝝ hoīem·q credimus eum
voluiſſe nos redimē per mortē·et
ad vitā nos reducere poſſe p re-
ſurrectionē·ideo voluit reſurgere
ad vitā immortalē. interiecto tn̄
ſpacio tpis debito·ſ·xxxvi·horaꝝ
in q oſtenderꝰ·qꝛ vere mortuꝰ fuit
nec magis accellerare. ne ſi citius
reſurgēt crederetꝰ ꝙ nō vere mor
tuus fuiſſet·ſed ſe mortuū finxiſſz·
nec āplius differre· ne ſi ſp iacēt
in morte crederetꝰ ipotēs ⁊ ꝙ nul
los poſſet ad vitā reuocaē·ideo re
ſurrexit tcia die Amplīꝰ vt eri-
geret ad ſpem · ad celeſtē aſcēdit
gloriā quā ſperamꝰ. h qꝛ ſpes nō
oritur niſi ex fide īmoꝛ̄litatis futuē
ido nō ſtatī aſcendit· h ſpacio·xl·
dieꝝ iītiecto·in q p mlta ſigna et
argumēta verā aſtruēt ſurrectio
nē p q animꝰ ſolidaretꝰ in fide· et
ſbleuaretꝰ ad ſperandā gloriā ce-
leſtē Poſtremo vt inflāmaēt ad
caritatē miſit ignē ſpūſcī in die
pēthecoſtes Et qꝛ nullꝰ h igne
repletꝰ niſi q q̄rit· petit· et pulſat
cū inſtāti ⁊ īportuno ſpei deſiderio
ideo nō ſtatī pꝰ aſcenſionē miſit·
h decē dieꝝ ſpacio interiecto in q
diſcipuli ieiunātes orātes ⁊ gemē
tes·diſpoſuerūt ſe ad ſpūſcī ſuſ-
ceptionē · ac p h ſic debitā ſerua-
uit horā ī patiēdo·ſic ī reſurgēdo
ſic in aſcendēdo ī celū·ſic inmittēdo
ſpm̄ſcm̄ et ꝓpter fundationē triū
ḋtutū p̄dictaꝝ·⁊ ꝓpē mlta miſte
ria q in hijs tēporibꝰ implicātur

Et q̄nīā ſpūſſcūs q̄ caritas eſt·ꝛ
ꝑ caritatē habet᷑·eſt oīm origo ca
riſmatū· ideo cū deſcēdit ſpūſſcūs
effuſa eſt plenitudo cariſmatū ad
corp⁹ xp̄i miſticū ꝯſūmandū Et
qꝛ diūſa mēbra debēt eē in corpoē
pfecto·ꝛ diuerſoꝝ mēbroꝝ diūſa
ſūt officia ꝛ exercitia·et diuerſoꝝ
officioꝝ diūſa cariſmata Hinc ē
ꝙ vni datur ꝑ ſpiritū ſmo ſapie·
alij ſermo ſcīe. alij fides· alij ḡtia
ſanitatū.alij opatio v̄tutū·alij ꝓ-
phetia·alij diſcretio ſpirituū·alij
gn̄a linguaꝝ·alij interp̄tatio ſer-
monū· q̄ oīa opatur vn⁹ atqꝫ idē
ſpūs·diuidēs ſingul᷑ ꝓut vult ſm
ſuā liberaliſſimā ꝓuidētiā et ꝓui-
dentiſſimā largitatē·

Explicit quarta pars
Incipit ps q̄nta de grā ſpiritus
Capitulū p̄mū·
De grā ingr̄tū ē donū d̄imit⁹ datū

POſt tractatū de in-
carnacōne v̄bi qd̄ ē
origo ꝛ fon⁹ oīs do
ni ḡtuiti·dicēda ſūt
aliq̄ de ḡtia ſpūſſcī
circa quā nob̄ quedā conſiderāda
q̄druplr̄ occurrūt · p̄mo ingr̄tū ē
donū d̄imit⁹ datū·ſcd̄o in ꝯpatio
ne ad libeꝝ ad arbitriū·t̄cio in cō
paracōne ad habitus v̄tutū·q̄rto
in ꝯpatione ad exercitia meritoꝝ
De grā igit᷑ ingr̄tū eſt donū d̄imi
tus datū h̄ tenēda ſūt·ſ·ꝙ ipā eſt
donū qd̄ a deo īmediate donat᷑ et
infūdit᷑·ꝛ eē cū ipā dat᷑·ꝛ ī ipā ſpi
ritusſcūsq̄ ē donū lucreatū opti^m
fectū qd̄ deſcēdit a prē luminū ꝑ
ꝑ verbū icarnatū.ſm qd̄ Johēs i
Apoc̄·vidit flumē aque viue ſplē
didū. tanq̄ criſtallū ꝓcedentē de
ſede dei ꝛ agni Ipſa nihilominꝰ
eſt donū ꝑ qd̄ aīa efficitur ſpōſa
xp̄i·filia pr̄is et̄ni·ꝛ tēplū ſpūſſcī
qd̄ nullo mō fit niſi ex ꝯdignacō
deſcēſione ꝛ cō deſcēſiua dignacōe
maieſtatis eterne ꝑ donū grē ſue
Ipſa demūqꝫ ē donū qd̄ aīaꝫ pur
gat·illuminat·et pficit· viuificat·
rēformat·et ſtabilit·eleuat·aſſimi
lat·et deo iūgit·ac ꝑ h̄ acceptabi
lem facit·ꝓpt̄ qd̄ donū hmōi grā
ḡtū faciēs recte d̄ꝛ ꝛ debuit appel
lari Nō āt ad itelligētiā p̄dcōꝝ
h̄ eſt·qꝛ cū p̄mū p̄n^m ꝓductiuū ꝑ
ſua ſūma beniuolētia fecerit ſpm̄
rōnalē capacē btītudinis eterne·
ꝛ repatiuū p̄n^m·capacitatē illam
īfirmatā ꝑ pctm̄ repauerit ad ſa
lutē·ꝛ btītudo et̄na cōſiſtit in ha-
bendo ſūmū bonū·et h̄ ē de⁹ ꝛ bo^m
excellēs iproportionalr̄ oēm hu-
mani obſequij dignitatē. nullus
oīo ad illud ſūmū bonū dign⁹ eſt
ꝑuenīē cū ſit oīo ſup̄ oēs limites
natuē niſi deo ꝯdeſcēdente ſibi ele
uetur ipſe ſup̄ ſe·de⁹ aūt nō ꝯdeſ-
cendit ꝑ ſui eſſentiā icōmutabilē·
ꝫ ꝑ influētiā ab ipſo manātē. nec
ſpūs eleuat᷑ ſup̄ ſe ꝑ ſitū localē· ꝫ
ꝑ habitū deiformē. Neceſſe ē igr̄
ſpiritui rōnali vt dign⁹ fiat et̄ne
btītudinis· ꝙ ꝑticeps fiat iſluen
tie deiformis · h̄ aūt influētia dei-
formis·qꝛ eſt a deo·et ſm deū·et
ꝓpt̄ deū·ideō reddit imaginē nr̄ē
mentis ꝯformē btīſſime trinitatī·

non tm̄ ſm ordinē originis · verū
etiam ſm rectitudinē electionis · et
ſm ꝗetudinē fruitionis · Et qm̄
q̄ h̄ habet imediate ad deū redu-
citur · ſicut imediate ei cōformat̄
ideo donū illud īmediate donat̄ a
deo · tanꝗ̄ a p̄n° īfluxiuo. vt ſicut
īmediate emanat a d̄o dei imago
ſic īmediate emanat ab ipſo dei
ſimilitudo q̄ eſt d̄ine imaginis p-
fectio deiformis · et ideo d̄r imago
recreationis Rurſus qm̄ q̄ fruit̄
deo · deū hʒ · ideo cū ḡtia q̄ ſua dei-
formitate diſponit ad dei fruitio
nē datur donū īcreatū qd̄ ē ſpiri-
tusſcūs · qd̄ q̄ habet · hʒ deū · et qm̄
null⁹ deū hʒ q̄n ab eo ſpeciali⁹ ha
beatur · null⁹ hʒ ⁊ habet̄ a deo · q̄n
ipſū p̄cipue ⁊ incōpabilit̄ diligat
et diligat̄ ab eo · ſic̄ ſpōſa a ſpōſo
null⁹ ſic diligit̄ q̄n ad eternā bea
titudinis hereditatē adoptet̄ ꝑ
filio Hinc eſt ꝙ ḡtia gratū faciēs
facit animā tēplū dei · ſponſā xp̄i ·
et filiā patris eterni Et qꝛ h̄ nō
pōt eē niſi ex ſūma dignatione et
cōdeſcēſione dei · ideo illud nō pōt
eē ꝑ habitū aliquē naturalr̄ inſer
tū · ƀ ſolū ꝑ donū d̄initus ḡtis in-
fuſū · qd̄ exp̄ſſe apparet · ſi q̄s pon
deret ꝗ̄tū eſt eē dei tēplū · dei filiū
deo nihilominꝰ indiſſolubilit̄ et
q̄ſi matrimonialr̄ ꝑ amoris ⁊ grē
vinculū copulatū Poſtremo · qꝛ
mens nr̄a nō efficit̄ cōformis bea
tiſſime trinitati ſm rectitudinem
electionis · niſi per vigorē v̄tutis ⁊
ſplendorē veritatis · et feruorē cari
tatis. et vigor v̄tutis animā pur-
gat · ſtabilit ⁊ eleuat Splēdor veri
tatis aīaʒ illumiat · illuſtrat · refor
mat · et deo aſſimilat Feruor cari-
tatis · animā ꝑficit · viuificat. ⁊ deo
iūgit · et ex hiis oībus hō deo pla
cens ⁊ accept⁹ exiſtit. Hinc eſt ꝙ
illa influētia deiformis d̄r habē
oēs act⁹ · ſ · decē p̄dictos · ita tm̄ ꝙ
denoīatur ab vltimo ſicut a cōple
tiſſimo ſeu cōpletiuo · d̄r em̄ ḡtia
gratū faciēs · qꝛ habētē facit deo
ḡtū cū nō ſolū ḡtis det̄ a deo · verū
etiā fit ſm deū ⁊ ꝓpt̄ deū · cū ad hoc
fit vt ꝑ ipſā op⁹ manās a deo · re-
uertat̄ ad deū in q̄ ad modū cir-
culi itelligibil̄ ꝯſiſtit oīm ſpirituū
rōnaliū cōplementū

Capitulū · ij ·

De gratia in ꝗ̄tū educit liberū
arbitriū extra peccatū ·

Secundo de ſpūſcō gratia
occurrit nob̄ ꝯſiderandū
ad li · ar · et h̄ ſm duplicē
modū · p̄mo · ſ · in ꝗ̄tū ipſa ē adiu-
toriū ad meritū · ſcd̄o v̄o in ꝗ̄tū ē
remediū ꝯ pctm̄ De grā ergo dei
in ꝗ̄tū eſt adiutoriū ad merēdū
hec tenēda ſūt · ꝙ ḡtia d̄r gn̄alit̄
et ſpecialr̄ · et ꝓpe Gn̄alit d̄r ad-
iutoriū d̄inū creature liberalit̄ · et
ḡtis īpenſū · ⁊ īdifferēter ad quē-
cumqʒ actū · ⁊ ſine hui⁹ adiutorio
grē · nec poſſum⁹ aliq̄d efficē · nec
durare in eē · cūcta em̄ ī nihilū ten
dunt. ſic̄ de nihilo creata ſūt niſi
man⁹ cōditoris ſua ḡtuita bonita
te ea ꝯſeruaēt in eē ꝓpter qd̄ de⁹
oīa d̄r portare verbo v̄tutis ſue · et
v̄bū patris dicit · ſine me nihil po

deſtis facē·et oīs creatura q̄ntum-
cūqꝫ nobilꝰ·dr ḡtia nō natura im-
mortalitatē ſuſcipe ſm ꝙ Damaſ
cenꝰ ꝛ alij dicūt Specialr dr grā
adiutoriū dīmiſſꝰ datū· vt q̄s ꝑꝑa
ret ſe ad ſuſcipiēdū ſpūſſcī donū·
q̄ ꝑueniat ad meriti ſtatū.ꝛ talis
dr grā ḡtis data·ꝛ ſine hac nullꝰ
ſufficiēter facit qđ ī ſe eſt vt ſe ꝑ-
paret ad ſalutē· ꝓpt qđ dictū eſt
ꝙ nō ſumꝰ ſufficiētes co·aliq̄d a
nobis q̄ſi ex nob̄ ſꝫ ſufficiētia nrā
ex deo ē Proꝑe v̓o ḡtia dr adiu
toriū datum dīmiſſꝰ ad merendū·
qđ quidē dr donū grē gratū faci-
entis ſine q̄ nullꝰ p̄t mereri nᶜ in
bono ꝑficē·nec ad eternā ꝑueniē
ſalutē Ipſa em̄ tāq̄ radix merēdi
ōmia merita antecedit· ꝓpter qđ
dictuꝫ eſt ꝙ p̄uenit voluntatē vt
velit·ſubſeq̄tur ne fruſtra velit·vñ
nullꝰ ipſam mereri pōt merito cō
digni ſed ipſa mereṫ augeri a đo
in via·vt aucta mereaṫ et pficī in
patria·et gloria ſempit̄na·ab ipō
deo cuiꝰ eſt gratiā infundē augē
et pficere ſm cooperationē volun
tatis nrē·et ſm ꝓpoſitū ſiue bene-
placitū p̄deſtinationis etne Rō
autē ad intelligentiā predictorū
hec eſt· quia cum primū p̄ncipiū
ſua oīpotenti v̓tute·et benigniſſi
ma largitate creaturā oēm de ni-
hilo ꝑduxit ad eē·ac p h̄ creatuā
de ſe habet nō eē· totū aūt eē ha-
beat aliunde·ſic facta fuit vt ipſa
ꝑ ſua defectibilitate ſemp ſuo p̄n
cipio indigēt· et p̄mū p̄ncipiū ꝑ
ſua benignitate influē nō ceſſaēt

Cū ergo ſpūs rōnalꝰ hoc ipſo ꝙ
de nihilo ē ſit in ſe defectiuꝰ·h̄ipō
ꝙ natuā limitata ꝛ egena·ſit in ſe
recuruus·amās ꝓpriū bonū h̄ipō
ꝙ totꝰ ſit a deo ſit totalr deo ob-
noxius·ꝛ qꝛ defectiuꝰ ē de ſe tēdit
in nō eē·qꝛ v̓o ṫcuruꝰ p ſe ñ aſſur
git ad rectitudinē pfecte iuſticie.
qꝛ v̓o totalr deo obnoxiꝰ·et deus
bonis eiꝰ nō indiget·nihil p̄t facē
de ſe ex ꝓpa v̓tute ꝓpt qđ deū ſibi
ꝯſtituat debitorē·et maxime mer
cedis eterne q̄ deꝰ eſt niſi p dīnā
cōdeſcēſionē Hinc ē ꝙ ad h̄ ꝙ ſal
uetur in eē·cū ſit defectiuꝰ indiget
ſemp adiutorio dīne pñtie·ma-
nutenētie ꝛ influētie·p quā manu
teneaṫ in eſſe Que q̄uis ſit ge-
neralis in creaturis oēs·noiatur
tñ noīe ḡtie·quia nō ex debito ꝑ
cedit ſed ex libertate bonitatis di
uine·Hinc ē ꝙ ad h̄ vt ſe p̄paret
ad donū ſupne grē cū ſit recuruꝰ
indiget dono alterius grē gratis
date· maxime pꝰ naturā lapſā p
quā habilꝰ efficiaṫ ad bona mora
lia q̄ ſūt bona ex circūſtantia que
nullo mō pñt dici bona niſi ꝓce-
dant ex intētione recta videlicet·
ꝙ nō ꝓpt nos ſꝫ ꝓpt ſūmū bonū
fiant· ad qđ nō aſſurgit ſpūs nr̄
recuruꝰ·niſi p̄ueniaṫ a deo p ali-
quā ḡtiā ḡtis datā Hinc nihilo
minꝰ eſt ꝙ ad h̄ ꝙ faciat bō opa
meritoria mercedis etne· cū tota
liter ſit deo obnoxiꝰ ꝛ debitoꝛ ſui
totiꝰ·indiget dono grē ḡtū faciē
tis·p quā deꝰ ſibi ꝯdeſcēdat· p̄us
acceptās ſuā imaginē ꝛ volūtatē

q̄ operationē ex ipſo manātē. qꝛ
cū cauſa nobilioꝛ ſit effectu. null⁹
p̄t facē ſe melioꝛē nᶜ facē op⁹ do
placens niſi ꝑus placeat ipſe. vt
de⁹ ꝑuˢ ipſū ꝛ̄ſpiciat q̄ ad muneꝛ̄
eius. et ideo oīs radix merēdi fun
datur in grā gratū faciēte. cui⁹ eſt
facere hominē deo dignū. ꝓpter
qd̄ null⁹ p̄t eā mereri merito con
digni. ſed ſolū merito ꝯgrui Ipſa
aūt habita mereꝛ̄ ſuiꝑſi⁹ augmē
tū in ſtatu vie. ꝑ bonū eius vſum
merito cōdigni Nā cū ſol⁹ deus
ſit ipſi⁹ gratie fontale ꝑncipiū in
fluendi. ipſe ſol⁹ eſt ꝑncipiū aug
mētandi ꝑ modū influētis. et grā
ꝑ modū meriti ꝛ dignitatis. et li-
beꝝ arbitriū ꝑ modū cooꝑantis
et merētis ꝓ eo q̄ libeꝝ arbitriū
cooꝑatur grē. et qd̄ eſt grē ſuum
facit. et ideo nō tm̄ libeꝝ arbitriū
ꝑ gratiā mereꝛ̄ grē augmentū in
ſtatu vie merito cōdigni. veꝝ etiā
cōplemētū in ſtatu patrie merito
cōdigni. tū ꝓpter ſublimitatē doni
ſanctiſpūs in merito cooꝑantis.
tū ꝓpter dei veracitatē ꝓmittētis
tū ꝓpter liberi arbitrij cōſentiētis
vertibilitatē. et finalr̄ ꝑſeuerātis.
tū ꝓpter difficultatē ſtat⁹ meren
tis. tū ꝓpter dignitatē xp̄i noſtri
capitis intuentiētis. qd̄ debet glo-
rificari cū ſuis mēbris. tū etiā ꝓpt
liberalitatē dei retribuētiˢ quē nō
decet pua reddē ꝓpter obſequiū
ſibi fidelit obtēperātis. tū ꝓpter
nobilitatē opis qd̄ ex caritate ꝓ
cedit. qd̄ tantū ꝓ̄deāt in ꝯſpectu
iudicis q̄tū amoꝛ ex q̄ ꝓcedit. q̄

deū incōꝑabiliter ꝓ̄ponit ceteris
creaturis. et ideo nō ſufficiēter et
cōpetēter p̄t. niſi in deo ſūmo et
bono ꝛ̄munerari. ex qb⁹ oīb⁹ tāq̄
ex ſeptē rōnib⁹ gloriā eternā me
rito. nō tm̄ cōgrui. ſꝫ etiā cōdigni
mereri facit gratiā ſeptifoꝛmis.

Capitulū. iij.

De gratia inq̄tū iuuat ad bo-
num meritoꝛiū.

De grā ꝟo inq̄tū eſt reme
diū cōtra pctm̄ hꝯ tenēda
ſūt. ſ. q̄ libeꝝ arbitriū. lꝫ
ſit ſub deo potētiſſimū. p̄t tñ ꝑ ſe
in pctm̄ coꝛruē. ſed nullaten⁹ p̄t
reſurgē ſine adiutorio diuine g̃tie
q̄ dꝛ grā gratū faciēs. illa aūt grā
licet ſit ſufficiēs remediū ꝯ pctm̄.
nō tñ infūdiꝛ̄ adulto. niſi aſſit li-
beri arbitrij ꝯſenſus. ex q̄ colligiꝛ̄
q̄ ad iuſtificatōnē impij q̄tuoꝛ cō
currāt. ſ. infuſio grē. expulſio cul-
pe. ꝯtritio. et mot⁹. expelliꝛ̄ ergo
culpa a dei dono. nō a libero arbi
trio. nō tamē ſine libero arbitrio.
Nā gratie g̃tis date eſt libeꝝ ar-
bitriū reuocaē a malo. et excitare
ad bonū ꝛ liberi arbitrij eſt cōſen
tire vel diſſentire. ꝛ cōſentiētis eſt
gratiā ſuſcipe. et ſuſcipiētis coo-
perari eidē. vt tandē ꝑueniat ad
ſalutē. Rō autē ad intelligentiā
ꝓ̄dictoꝝ hec eſt. qꝛ cū ꝑmū ꝑnᵐ
hocipſo q̄ ꝑmū ꝛ potētiſſimū ſit
creatiuū oīm q̄ ſūt i vniūſo p̄ter
q̄ peccatoꝝ q̄ ſūt trāſgreſſiones
legis diuine. ꝛ celeſtiū inobedientie
mādatoꝝ nihil hꝫ ſibi rebelle in-
iurioſū et offenſiuū niſi pctm̄ qd̄

cōtemnendo dei preceptū et auer
tendo nos a bono incōmutabili·
offendit deū·deformat liberū arbi
triū perimit donū gratuitū. et ob
ligat ad ſuppliciū eternū. Cū igit̄
deformatio imaginis et pemptio
gratie ſit quaſi adnihilatio ineſſe
moris et vite gratuite cū offenſa dei
ſit tm̄ ponderāda. quātus eſt ipſe
cū reatus pene eterne· rationē te
neat infiniti īpoſſibile eſt ꝙ ho-
mo reſurgat a culpa niſi recreat̄
in vita gratuita remittat̄ offenſa
et pena relaxet̄ eterna Sol' igit̄
q̄ fuit ꝑncipiū creatiuū ē· et ꝑnci
pium recreatiuū verbū. ſ· patris
eternū qđ eſt xp̄s Jheſus media
tor dei et hoīm qr oīa ex nihilo
creat· ideo creat ſeipſo ſolo ſine
aliq̄ intmedio· Quia v̄o deforma
tum per vitiū culpe recreat refor
mando ꝑ habitū grē et iuſticie·ob
ligatū ad penā abſoluendo· ꝑ ſa
tiſfactionē condignā. Hinc eſt ꝙ
nos repat ſuſtinēdo ꝓ nob' penā
in natura aſſumpta· et infundēdo
gratiā reformatiuā·q̄ qm̄ ↄtinuat
nos ſue origini· facit nos mēbra
xp̄i·ac ꝑ h̄ animā peccatricē que
fuerat inimica dei· ꝓſtibulū dya-
boli· et ſerua pc̄ti· facit ſponſam
xp̄i·templū ſpūſcī· et filiā patris
eterni·qđ totū fit ꝑ gratuitā et cō
deſcenſiuā infuſionē doni gratuiti
¶ Rurſus qm̄ de' ſic reformat ꝙ
leges natuē inditas nō infirmat
ideo ſic hanc gratiā tribuit libero
arbitrio· vt tm̄ ipſū nō cogat·ſed
eius ↄſenſus liber maneat· et ido

ad hoc ꝙ culpa expellat̄. nō ſolū
neceſſe eſt ꝙ ḡtia īntroducat̄· verū
etiā ꝙ liberū arbitriū· in adultis
dico qr in puulis ſufficit fides ec
cleſie et meritū xp̄i· et excuſat īpo-
tentia ſui· neceſſe eſt inquā ꝙ cō-
formet ſe expulſioni culpe ꝑ de-
teſtationē oīm ꝑ̄ctōrū quā voca-
mus ↄtritionē. Eſt et̄ neceſſe ꝙ cō
formet ſe introductioni grē·ꝑ cō
placentiā et acceptionē doni diuini
quā vocam' motū liberi arbitrij·
et ſic neceſſe eſt iſta q̄tuor ↄcurrē
ad iuſtificationē impij ¶ Poſtre-
mo· qr ꝑ̄diſpoſitio ad formā cō-
pletiuā debet eſſe ei cōformis·ad
hoc ꝙ liberū arbitriū ſe diſponat
ad gratiā gratū facientē· indiget
adminiculo grē ḡtis date· et qr
grē eſt liberū arbitriū nō cogē·ſed
ꝑ̄uenire et ſimul vtriuſqȝ in actū
ꝓdire Hinc eſt ꝙ in nr̄a iuſtifica
tione cōcurrit act' liberi arbitrij·
et grē cōſone q̄dē et ordinate· ita
ꝙ grē ḡtis date eſt excitaē liberū
arbitriū·liberi arbitrij aūt ē hu-
iuſmodi excitationi ↄſentiē vel diſ
ſentire·et cōſentiētis eſt ad gratiā
gratū facientē ſe ꝑparare·qr h̄ eſt
facē qđ in ſe ē· et ſic aīe diſpoſite
grā gratū faciēs habet infūdi·cui
liberū arbitriū ꝑ̄t cooparī ſi vult
et tūc meret̄·vel ↄtrariari ꝑ pc̄tm̄
et tūc demeret̄ Si ergo coopetur
ei vſqȝ in finē meretur ꝑuenīē ad
eternā ſalutē· Verū ē igit̄ qđ dt
Aug'· q̄ creauit te ſine te·n̄ iuſti
ficabit te ſine te· Verū etiā ē ꝙ n̄
eſt volentis·neqȝ currentis ſed dei

miſerētis Vez eſt etiā ꝙ nullus
p̄t ſupbire de meritis. qꝛ nihil in
nobis deꝰ p̄ter ſua dona coronat
Reſeruauit em̄ ſibi deꝰ munera
grē liberalit̄ largiēda vt diſcat hō
nō eſſe ingratus nec in ſe· q̄ſi non
acceperit ſꝫ in dn̄o gloriari Vez
eſt etiā ꝙ licet libez arbitriū p ſe
legē impleri nō poſſit· nec gratiā
in ſe efficē · inexcuſabile tn̄ ē ſi nō
facit qđ in ſe eſt. qꝛ grā gratis da
ta ſemp eſt preſto ad cōicationē
cuiꝰ āminiculo facē p̄t qđ in ſe ē
quo facto habet gratiā gratū faci
entē· q̄ obtenta · dīnā ipleat legē
et faciat voluntatē dei· q̄ facta tan
dem ad btitudinē pueniat ſempi
ternā· ꝓpter opa meritoria q̄ to-
talit̄ ſūt a grā · totalr̄ etiā a libero
arbitrio· licet p̄ncipaliꝰ a g̅tia· qꝛ
vt dicit Augꝰ· g̅tia compatur ad
liberū· ſicut ſeſſor ad equū· q̄ q̄dē
ſeſſor libez arbitriū dirigit· dedu
cit ad portū felicitatis etn̄e exer-
cendo nos in opibꝰ pfectē v̄tutis
ſm donū ipſiꝰ grē ſeptiformis

Capitulū· iiij·

De ramificatione gratie in ha-
bitus virtutū.

Tertio reſtat agē de g̅tia
in cōpatione ad habitus
v̄tutū· circa quā ꝯſideran
da ſūt tria· Pmū eſt q̄liter g̅tia
vna ramificatꝰ in habitꝰ virtutū.
ſcđm q̄liter ramificaꝛ in habitus
donoz· tercio q̄liter ramificatꝛ in
habitꝰ beatitudinū· De ramifica
tione igitur grē in habitꝰ virtutū
hec teneda ſūt· ſ· ꝙ cū vna ſit grā
gratificās animā· ſeptē tn̄ ſūt vir
tutes g̅tuite q̄bꝰ regitur vita hu-
mana· tres q̄dē theologice· ſ· fides
ſpes· et· caritas· et q̄tuor cardina-
les· prudētia· tpantia· fortitudo·
et iuſticia· q̄ vno mō eſt v̄tus cōis
et generalr̄· ⁊ alio mō ſpālis ⁊ ꝓpa
Hee autē ſeptē virtutes licet ſint
diſtincte· et ꝓpas excellētias ha-
bentes ſunt tn̄ cōnexe ⁊ eq̄les ad
inuicē in eodē· ⁊ licet ſint g̅tuite p
g̅tiā iformate· pn̄t tn̄ fieri infor-
mes p culpā ſola caritate excepta
⁊ itez reformari p pn̄az adueni
ente grā que eſt habituū v̄tualiū
origo· finis ⁊ forma. Vnō aūt ad
intelligentiā p̄dictoz ſꝫ eſt· qꝛ ſic
p̄ncipiū pductiuū ſua ſūma pfec
tione in dando vitā nature· nō tm̄
dat viuē q̄tū ad actū p̄ᵐ vez etiā
q̄tū ad actū ſcđm q̄ eſt opari· ſic
neceſſe eſt ꝙ p̄ncipiū reparatiuū
vitā tribuat ſpiritui in eē g̅tuito·
et q̄tū ad eſſe· ⁊ q̄tū ad opari· et
qm̄ vniꝰ viuētis ſm vnā vitā p̄mā
mēbroz multe ſūt opationes vi
tales ad illiꝰ vite pfectā manifeſ-
tationē cū actꝰ diuerſificētur per
obiecta· ⁊ diuerſitas actuū req̄rit
diūſitatē ſiue diſtinctionē habi-
tuū Hinc eſt ꝙ licet vna ſit g̅tia
viuificās· ramificari tn̄ neceſſario
habet in varios habitꝰ ꝓpter va-
rios opationes. Et qm̄ q̄dā ſūt
opa moralia p̄maria· ſicut credē·
quedā media· ſic intelligē credita
quedā poſtrema· ſic vidē itellecta
et in p̄mis· aīa rectificatꝛ· in ſcđis
expeditur· in tercijs pficiꝛ· iō grā

gratū faciens ramifica⁹ in habit⁹
v̇tutū· q̄ꝝ eſt animā rectificare in
habit⁹ donoꝝ· q̄ꝝ ē aīaȝ expediē
⁊ in habit⁹ btītudinū· q̄ꝝ ē aīam
pficere· Rurſ⁹ q̄m rectitudo aīe
pfecta req̄rit ꝙ ipſa rectificet̄ ſm
duplicē faciē·ſ·ſupiorē et īferiorē
et reſpcū finis· ⁊ reſpcū eoꝝ q̄ ſūt
ad finē· ido neceſſe ē aīaȝ q̄tū ad
ſupiorē faciē ī q̄ cōſiſtit imago tri
nitatis etiā rectificari p tres theo
logicas v̇tutes· vt ſic imago crea
tionis ꝯſiſtit in trinitate potētiaꝝ
cū vnitate eēntie· ſic imago recre
ationis ꝯſiſtit in trinitate habituū
cū vnitate grē p q̄s aīa fert̄ recte
in ſūmā trinitatē· ſm tria appropa
toria trib⁹ pſonis· ita ꝙ fides di-
rigit in ſūmū veꝝ credēdo ⁊ aſſen-
tiendo· ſpes in ſūme arduū ī intē-
dendo ⁊ expectādo· caritas ī ſūme
bonū in deſiderādo ⁊ diligēdo Ne
ceſſe eſt etiā q̄tū ad īferiorē faciē
aīam rectificari· p q̄tuor cardina-
les v̇tutes Nā prudētia rectificat
rōnalē· fortitudo iraſcibilē tpan-
tia ꝯcupiſcibilē· iuſticia v̇o rectifi-
cat oēs has vires in ꝯpatione ad
alteꝝ Et q² illō alteꝝ determinate
p̄t eē p̄rim⁹· p̄t etiā idē hō ꝯpari
ad ſeipſū vt ad alteꝝ· p̄t etiā eſſe
ipſe de⁹ Hinc ē ꝙ iuſti^a circuire
d² oēs viēs Eſt·n·n̄ tm̄ v̇tu^s cardi
nalis· ſpālis· veꝝ etiā gn̄alis cōp-
hendēs toti⁹ aīe rctitudinē· cū ipa
dicat̄ rectitudo volūtatis. Vn̄ ipſa
nō tātū ꝯprehēdit v̇tutes ordinā
tes ad p̄rimū. ſic eſt eq̄tas· libera
litas· veꝝ etiā ad ſeipſū· ſic ē pīma

et inocētia. necnō ad deū ſicut eſt
latria· pietas· ⁊ obedīa Poſtre-
mo q² oīs rectitudo v̇tutū ſm eſſe
g̃tuitū manata grā tāq̄ ab origie
⁊ radice· ⁊ ſm eē meritoriū ꝯpat̄
ad caritatē ſic ad originē. formā·
⁊ finē Hinc ē ꝙ cetere v̇tutes gra
tuite q̄ ad habit⁹ ſūt cōnexe· et q̄
ad act⁹ meritorios ſt eq̄les Hinc
eſt etiā ꝙ ceteri habit⁹ v̇tutū pn̄t
eē informes ſola caritate excepta
q̄ eſt v̇tutū forma Cū em̄ habet̄
ſine grā ⁊ caitate ī q̄b⁹ ꝯſiſtit vita
v̇tutū· ⁊ tūc ſūt īformes· Cū aūt
ſupinfundit̄ grā tūc formāt̄ ⁊ de-
corātur· ⁊ d̄o acceptabileſ fiūt ſic
colores abſq; luce· ſūt inuiſibiles
ſupueniēte aūt luīe ſūt lucidi· pul
chria aſpectui ꝯplacētes Vn̄ quē
admodū ex luce ⁊ colorib⁹ fit vnū
in rōe motiui. ⁊ vna lux ſuffic̄ ad
multoſ colorēs illuminādos· ſic ex
grā ⁊ habit⁹ informib⁹ cū formā^a
fit vnū ſm rōnē meritorij. et gra-
tuiti· et vna nihilomin⁹ grā ſuffic̄
ad informationē ⁊ gratificationē
habituū diuerſoꝝ·

Capitulū·v·

De ramificacōe grē ī hit⁹ donoꝝ

DE ramificacōe aūt grē in
hītus donoꝝ h tenēda ſt
ꝙ licȝ plurima ſint dona
grē g̃tis date· ⁊ gn̄alit̄ oēs hītus
d̄mit⁹ dati d̄ō dei nō abſurde dici
poſſint· ſpālr tn̄ ⁊ appropate· vij·
ſūt dona ſpūſcī q̄ enūat ⁊ noiat·
Yſayas loquēs de flore q̄ p̄ceſſit
de radice yeſſe·i· xp̄s· de q̄ d̄t ꝙ re
q̄eſcet ſup eū ſpūs dn̄i· ſpūs ſapie

et intellect⁹ · ſpūs · cōſenſi · et foꝛ·
ſpūs ſcīe et pietatis · ⁊ re · e · ſ · ti · de·
In hac aūt enūatione deſcēdēdo
ꝓcedit a ſūmo ⁊ cōbinādo · vt ſiꝫ
oñdaꝛ donoꝝ diſtinctio · cōnexio·
origo · ⁊ ordo Nō aūt ad intelli-
gentiā p̄dictoꝝ ħ eſt · qꝛ cū p̄nᵐ
repatiuū p ſūmā libeꝛālitatē non
tm̄ det ḡtiā ad rectificandū ꝫ ob-
liquitates viroꝝ p habit⁹ v̄tutū·
veꝝ etiā ad expediēdū ꝯtra ipedi
mēta ſinthomatū · p habit⁹ dono
rū · ideo plurificari debēt dona gra
tuita · ſm ꝙ neceſſariū ē ad expe-
ditionis ſufficientiā Quī igiꝛ aīa
nrā indiget ſeptiformiꝛ expediri·
Hinc ē ꝙ ex ſeptiformi cauſa ne-
ceſſe eſt ſpūſcī dona eſſe ſeptifoꝛ
mia Indiget nāqꝫ expediri cōtra
vitioꝝ obliq̄tates · ꝗ̄tū ad vires
naturales · ⁊ q̄ ad ſupadditas v̄tu
tes · in patiēdo · agēdo · ⁊ ꝯtēplādo
⁊ vtroqꝫ mō · p̄mo igiꝛ ꝑpt vitioꝝ
obliq̄tates expeditiſſime repellē-
das ſeptē ſūt dona ſpūſcī vtpote
timoꝛ ꝫ ſupbiā · pietas ꝫ īuidiam
ſcīa ꝫ irā · q̄ q̄ſi eſt q̄dā īſania · foꝛ
titudo ꝫ accidiā · q̄ mentē reddit
ad bona īualidā · ꝯſiliū ꝫ auaritiā
ītellect⁹ ꝫ gulā · ⁊ ſapīa ꝫ luxuriā
ſcdo ꝑpt expediētias vireꝰ natuā
les debent ſeptē dona ſpūſcī eſſe·
Nā iraſcibiꝛ indiget expediri a
bono · tā in ꝓſperis ꝗ̄ ī aduſis · in
ꝓſperis expediꝛ p timorē · in adū
ſis · p fortitudinē Concupiſcibilis
aūt īdiget expediri ꝗ̄tū ad affec
tū reſpectu ꝓximi · ⁊ ħ fit p pieta-
tem · ⁊ ꝗ̄tū ad affectū ꝛ̄ſpectu dei·

et ħ fit p guſtū ſapie Rōnaꝛ v̄o
indiget expediri in veritatiꝰ ſpecu
latione · electione · ⁊ executione · p
donū aūt intellect⁹ expeditur ad
veꝝ ſpeculādū · p donū conſilij ad
veꝝ eligēdū · p donū ſcīe ad electū
exequēdū · p donū em̄ ſapie ⁊ ſcīe·
recte cōuerſamur in medio natio·
nis praue ⁊ pu̇erſe · tercio ꝑpt ex-
pediēda ſeptē v̄tutū officia · ſeptē
debēt eſſe ſpūſcī dona · Nā timoꝛ
expedit ad tēperantiā · timoꝛ em̄
carnes cōfigit · vñ ꝯfige ti · tuo ca·
pietaꝰ ad verā iuſticiā · ſcīa ad pru
dentiā · foꝛtitudo ad patientiā · cō
ſiliū ad ſpem · intellect⁹ ad fidē · ſa
pientia ad caritatē Vñ ſicut cari-
tas eſt mata ꝯſūmatio oīm v̄tutū
ſic ſapīa oīm donoꝝ · ita vt vere di
cat ſapiēs · venerūt mihi oīa bona
piter cū illa · ⁊ innūabiꝛ honeſtas
p man⁹ illius · q̄rto ꝑpt expeditio
nem in patiēdo ꝯfoꝛmiꝛ ad xp̄m
ſeptē ſūt habit⁹ donoꝝ · xp̄m aūt
ad patiendū mouit patna volun
tas · humana neceſſitas · et v̄tutis
ſtrēnuitas. Diuina q̄dē volūtas
mouit vt cognita p intellectū · vt
amata per ſapiam vt in reuerētia
habita p timorē · Mouit etiā nrā
neceſſitas ad quā cognoſcēdā ne-
ceſſaria ē ſcīa · ad quā miſerandā
ſupaddiꝛ pietas Mouit nihilo-
min⁹ v̄tutis ſtrēnuitas · vt ꝓuida
in eligendo · p ꝯſiliū · vt vigoroſa
in pferēdo p foꝛtitudinē · ⁊ ſic do
na debēt eē ſeptē · q̄nto ꝑpt expe-
ditionē ī agēdo ſeptē dona dan-
tur a ſpūſancto · Nā ad actionē

expediendā· neceſſe habem⁹ expediri ad declinandū a malo qd fit p timorē Neceſſe etiā habemus expediri ad pficiendū in bono duplici vel neceſſitatis· vel ſuperogationis· Circa pmū expedim² per ſcientiā ⁊ pietatē· ita q vnū eſt dirigens ⁊ aliud exequēs· Circa ſecundū expedim² p cōſiliū dirigēs ⁊ p fortitudinē exequētē Neceſſe etiā habem⁹ qēſcere in optimo· ⁊ h q̄tū ad intellectū veri· ⁊ q̄tū ad affectū boni· pmū fit p donū intellect⁹· ſcdm p donū ſapie i quo eſt qes· ſexto ad expeditionem in cōtemplādo dona ſpūſſcī in ſeptenario nūo ſūt· Nā ad vitā iherarchicā ⁊ cōteplatiuā neceſſariū eſt aīam purgari illuminari et pfici· Purgari autē oportuit a cōcupiſcentia· a malicia· ab ignorātia· ab infirmitate· ſeu ipotētia· pmū facit timor· ſcdm pietas· tciū ſciētia q̄tū fortitudo Illuīari aūt īdigemus in opibus repationis ⁊ primarie ↄditionis· pmū dat cōſiliū ſcdm intellect⁹ Perfici aūt habemus p acceſſū ad ſūmū qd ↄſiſtit in vno ⁊ h p donū ſapie. ⁊ ſic archanū cōteplationis ab alto conſumatur q̄ſi in cubito· q̄nto ad expeditionē in actione ⁊ ↄteplatione ſeptē debēt eſſe dona ſpūſſcī·

Nā cōtemplatiua pp̄ter cōuerſionē ad trinitatē tria debet habē dona expedientia· ſ· q̄tū ad reuerentiā maieſtatis timorē· q̄tū ad intelligentiā veritatis intellectū· q̄tū ad ſapiam ſiue guſtū bonitatis ſapiam Actiua vō q̄ vſatur in agendis ⁊ ſuſtinēdis· debꝫ hrē q̄tuor· ſcꝫ pietatem ad agendū· et fortitudinē ad ſuſtinēdū· ⁊ directiua hoꝝ duoꝝ· ſ· ſciētiā ⁊ cōſiliū vn̄ qꝛ ad expeditionē neceſſaria eſt directio· ideo fit donoꝝ cōbinatio· et plurima ſūt dona ad intellectū ſpectātia. qꝛ lux cognitionis vehemēter expedit ad dirigēdos pedes in viam rectā·

## Capitulū· vi·

De ramificatione grē in habitus beatitudinū

De ramificatione aūt g̃tie in habit⁹ beatitudinū h tenēda ſūt· ſ· q ſeptē ſūt btitudines· q̄s ſaluator enūat in ſmone· de mōte· ſ· pauptas ſpūs mititas· luctus· et eſuries iuſticie· miſericordia· munditia cordis· et pax· ad has btitudines pp̄ter ſui pfectionē ⁊ plenitudinē· duodecī fruct⁹ ſpūs· ⁊ q̄nqꝫ ſpūale⁹ ſenſ⁹ cōſequūtur q̄ nō dicūt nouos habitus h ſtat⁹ delectationū. ⁊ vſus ſpūaliū ſpeculatōnū. q̄b⁹ replen² ⁊ conſolātur ſpūs viroꝝ iuſtoꝝ

Rō aūt ad intelligētiā pdictoꝝ hec eſt· qꝛ cū repatiuū principiū ſit pfectiſſimū ⁊ pfectiſſime reparatiuū ⁊ reformatiuū p donū gratuitū· ideo grē donū ab ipſo manans liberalr ⁊ habūde ramificari debet vſqꝫ ad habit⁹ pfectionū· q̄ cū fini appximēt· recto vocabulo nūcupant² ex noīe btitudinū quaꝝ ſufficiētia nūs ⁊ ordo colligitur ex integritate pfectionis· et

ex modis pfectionū. et ex diſpoſi
tionibꝰ ad pfectionē. pͥmo igitur
ad integritatē pfectionis reqͥritur
neceſſario pfectꝰ receſſus a malo
pfectus ꝓceſſus in bono. pfectus
ſtatus in optimo Qm̄ aūt malū
aut ꝓcedit ex tumore ſupbie. aut
ex rancore malitie. aut ex lāguore
cōcupiſcētie. ideo ad pfecte elon-
gandū ab hoc triplici genē mali
tres ſūt neceſſarie btitudines. ſcȝ
pauptas. ſpūs. elongans a malo
tumoris. mititas elongās a malo
rancoris. ⁊ luctꝰ elōgans a malo
libidinis ⁊ lāguoris ↄcupiſcētialꝫ
Qz vͦ pfectꝰ ꝓceſſus in bono
attendit̄ ſm dinā imitationē. et
vniuſe vie dn̄i. miā ⁊ veritas Hinc
eſt ꝙ duplex eſt btitudo ſm has
duas vias. ſ. eſuries ſiue zelꝰ iuſti
cie. ⁊ effectus miſericordie Qm̄
aūt ſtatꝰ in optimo vel eſt p lim-
pidā cognitionē. vel trāquillā af-
fectionē. Hinc eſt ꝙ ſūt due vltie
btitudines. ſ. mūdicia cordis ad
deū videndū. ⁊ pax mētis ad pfrē
fruendū. ſcd̃o ſi modi pfectionū
attendātur debēt eſſe ſeptē habi
tus beatitudinū. Nā eſt pfectio
religionis. prelationis. ⁊ interne
ſanctitudinis Ad pfectionē aūt
religionis neceſſario reqͥrit̄ ab-
dicaͦ boni puati. acceptabo boni
fratni. ⁊ appetitio boni eterni. pri
mū fit p pauptatē ſpūs. ſcd̃m p
mititatē affectꝰ. terciū p amaritu
dinē luctꝰ Ad pfectionē vͦ pla-
tionis duo neceſſario reqͥruntur.
ſcilicet zelus iuſticie. ⁊ affectꝰ mie

mia em̄ ⁊ veritas cuſtodiūt regē.
ſcd̃m hec duo diſponi debet re-
gimē plationis i eccleſia militāte
Ad pfectionē vͦ intne ſcītudis
neceſſario reqͥritur puitas cōſcie
et tranqͥllitas totiꝰ aīe p pacē dei
omnē humanū ſenſū exuberantē.
tercio ſi attendant̄ diſpoſitiones
pambule ſeptē debēt eſſe beatitu
dines Timor em̄ facit recedē a
malo. ⁊ a mali occaſione. ⁊ qz ra-
dix maloꝝ oīm ē cupiditas. ido ti
mor diſponit ad ſpūs pauptatē.
in q̄ ſic̄ iūgit̄ hūilitas cū pauptate
vt ſic elōget̄ vir pfectꝰ a fomite
oīs culpe. ſ. a ſupbia ⁊ cupiditate
Et hinc ē ꝙ pauptas ſpūs ē fun-
damētū totiꝰ pfectōis euāgelice
Vn̄ pͦ optet h̄ fūdamentū ſternē
q̄ vult ad culmē pfectōis puenīē
ſm illd̃ Math. xix. Si vis pfectꝰ
eē vade ⁊ vende oīa q̄ habes. ecce
pfcā pauptas q̄ nihil ſibi ꝓrſus
retinet. et ſequē me. ecce huilitas
q̄ facit ꝙ hō abnegādo ſeipſū tol
lat crucē ſuā ⁊ ſeqͥtur xp̄m qui eſt
totiꝰ pfectionis ꝓ̄cipaliſſimū fū
damētū. Diſponit ergo timor ad
ſpūs pauptatē. Pietas āt ad mi-
titatē Nā q̄ pie ad aliquē afficit̄
nec illū irritat. nec ab illo irritat̄.
Sciā vͦ diſponit ad luctū qm̄ p
ſciam cognoſcimꝰ nos a ſtatu bti
tudinis relegatos i hāc vallē mi-
ſerie ⁊ lacrimaꝝ Fortitudo āt diſ-
ponit ad eſuriē iuſticie. q̄. n. fortis
ē tā auide ſe tenet cū iuſticia. vt ma
lit a vita corpali ꝗ̄ a iuſticia ſepari
Cōſiliū diſponit ad miſericordiā

Nihil em̄ deus magiˢ conſulit in
ſcripturá q̄ꝫ facere miſericordiam
qd̄ ſup oīa reputat holocauſtū.
Intellectꝰ autē diſponit ad cor
dis mūditiā·nā ſpeculatio verita-
tis mūdat cor noſtrū ab ōibus
fantaſijs Sapiētia v̄o diſponit
ad pacē·nā ſapia iūgit noˢ ſummo
⁊ vero bono·in q̄ eſt tranq̄llitas ⁊
finis totiꝰ noſtri rōnaliˢ appetitꝰ
q̄ pace adepta neceſſario ſeq̄tur
ſuphahundās delectatio ſpūalis
q̄ in duodenario fructuū ſpūs, cō
tinētur· ad īſinuandā ſuphabun
dantiā delectationū Eſt em̄ duo-
denariꝰ nūs abundās in q̄ īſinua
tur ſpūaliū cariſmatū exuberātia
q̄bꝰ fruitᷣ ⁊ delectatᷣ aīa ſcā·et tūc
eſt hō ad cōtēplationē idoneꝰ et
ad aſpectꝰ ⁊ amplexꝰ ſpōſa ſpō-
ſe q̄ fieri habēt ſ̄m ſenſuˢ ſpūales
quibꝰ videtur ſpōſi xp̄i ſūma pul
chritudo·ſub rōne ſplendoriˢ au
ditur ſūma armonia·ſub rōe v̄bi
guſtatur ſūma dulcedo·ſub rōne
ſapie cōprehēdētis vtrūqꝫ· v̄bū
·ſ·et ſplendorē·odoratᷣ ſūma fla-
grantia·ſub rōne verbi inſpiāti in
corde·aſtringitᷣ ſumma ſuauitas·
ſb̄ rōne v̄bi icarnati inᷤ nos ha-
bitantis corporalr̄· et reddētis ſe
nob̄ palpabile·oſculabile·āplex
abile· p ardētiſſimā caritatē que
mentē noſtrā p extaſim ⁊ raptum
tranſirē facit ex h̄ mūdo ad prēm
Ex dictis igitᷣ colligitᷣ q̄ꝫ habitꝰ
v̄tutū ad exercitiū pncipalr̄ diſ-
ponūt actiue· Habitꝰ vero do-
noꝝ ad actū cōtēplatiē Habitꝰ

āt btītudinū ad pfectionē vtruſqꝫ
Fructꝰ v̄o ſpūs q̄ ſūt caritaˢ gau
dium·pax·patiētia·lōganimitas
bonitas·benignitas· māſuetudo·
fides·modeſtia·ↄtinētia· caſtitas·
dicūt delectacōes ↄſequētes opa
pfecta Senſus v̄o ſpūales dicūt
pceptiones mētales circa veritatē
cōtēplandā·q̄ q̄dē cōtēplatio fuit
in pphetis p reuelationē q̄ꝫtū ad
triplicē viſionē·ſ·corporalē·ima-
ginatiuā ⁊ itellectualē·in alijs v̄o
iuſtis repitur p ſpeculationē q̄ in
cipit a ſenſu ⁊ puenit vſqꝫ ad ima
ginationē·et de imaginatione ad
rōnē·de rōne ad itellectū·de intel
lectu ad intelligētiā·de intelligē-
tia vero in ſapiam·ſiue noticiā ex
ceſſiuā q̄ incipit hic in via·ſ3 cōſū
matur i gloria ſempitna In hijs
gradibꝰ conſiſtit ſcala iacob.cuiꝰ
cacumē attingit celū·⁊ tronꝰ ſale
monis in q̄ reſidet rex ſapientiſſi
mus·et vere pacificꝰ et amoroſꝰ
vt ſponſus ſpecioſiſſimꝰ ⁊ totꝰ de
ſiderabilᷤ·in quē deſiderant angeli
pſpicere·⁊ ad quē ſuſpirat deſide
riū ſcāꝝ aīaꝝ·ſicut ceruꝰ deſiderat
ad fōtes aq̄ꝝ·q̄ q̄dē deſiderio fer-
uentiſſimo ad modū ignis·ſpūs
nr̄ nō ſolū efficitᷣ agilᷤ ad aſcenſū
ſuꝝ etiā q̄dā ignorantia ducta ſ̄
ſeipſū rapitᷣ in caliginē ⁊ exceſſū
vt non ſolū cum ſponſo dicat in
odorē vnguentoꝝ tuoꝝ currêmꝰ
ſ3 ⁊ cū ppheta pſallat·⁊ nox illu-
minatio mea in de·m·quā noctur
nā ⁊ delitioſā illuminatōnē nemo
nouit niſi qui probat· nemo aūt

ꝓbat niſi p gratiã dīnitus datã· q̄ nemini datur niſi ei· q̄ ſe exercet ad illã· ideo deinceps ꝯſideranda ſūt exercitia meritoꝝ·

Capitulū· vij·

De exercitio grē reſpcū credēdoꝝ

Quarto igit̄ rēſtat ꝯſiderarē q̄ntiã ꝙtū ad exercitia meritoꝝ. Cir̄ qđ ꝯſiderãda ſūt q̄tuor· pᵐo de exercitio grē in credēdis· cuiuſmodi ſunt articuli fidei· ſcđo in diligēdis· cuiuſmodi ſūt illa q̄ ſpectãt ad ordinē diligēdi· tercio in exequēdis cuiuſmodi ſūt p̄cepta legis dīne· q̄rto in poſtulãdis cuiuſmodi ſūt orationis dīne petitiones· De credēdis ãt h̄ tenēda ſūt· ꝙ licet p fidē aſtringamur credē plurima q̄ ſunt ſup̄ rationē· et generalit̄ oīa q̄ cōtinentur a aſſerūtur ī canone ſacre ſcp̄ture· ſpālit̄ tñ a ꝓprie articuli fidei ſūt credēdi q̄ ꝯtinētur in ſerie ſimboli aplici. qui quidē vno mō ſūt duodecī ſi habeaᶻ reſpect⁹ ad eos q̄ ſimbolū ediderūt· alio mō q̄tuordecī ſi cōſiderem⁹ q̄ radicalit̄ ſūt credēda tanq̄ oīm credēdoꝝ fundamēta. Rō aūt ad intelligētiã p̄dictoꝝ hec eſt· qꝫ cū pᵐū p̄nᵐ in ſeipſo ſit ſūme veꝝ a bonum· in ope vo ſuo ſit ſūme iuſtū et miſericors· et ſūme vo debeat̄ firma aſſenſio· ſūme bono feruēs dilectio· ſūme iuſto vniūſalis ſbiectio ſūme miſericordi fiducial̄ inuocatio· et gratia ſit ordinatiua mētis nrē ad pᵐi p̄ncipij culturã debitã. Hinc eſt ꝙ ipſa dirigit a regulat ad debita a meritoria exercitia in credēdis· amãdis· a exequēdis· a poſtulãdis· ſm ꝙ reqrit ſūma veritas· bonitas. miſericordia· a iuſticia· in trinitate beata· Qm̄ igitᶻ veritati eſt credēdū· a maiori veritati magis credendū· et ſūme veritati p cōſequēs ſūme credendū· et veritas pᵐi p̄ncipij in infinitum maior eſt ōni veritate creata· a luminoſior oī lumīe itellect⁹ noſtri Hinc ē ꝙ ad h̄ ꝙ intellect⁹ nr̄ ſit recte ordinat⁹ in credēdis· neceſſe eſt ꝙ plus credat ſūme v̄itati ꝙ̄ ſibi· a ꝙ ſe redigat in obſequium xp̄i· ac p h̄ ꝙ nō ſolū credat q̄ ſūt ſm rōnē· v̄ū etiã q̄ ſūt ſup̄ rōnē et circa ſenſuū expientiã· qđ ſi recuſat· nō exhibet ſūme v̄itati debitã r̄uerētiã· dū iudiciū īduſtrie ꝓpe p̄fert dictamī lucis etne qđ eē n̄ p̄t abſqꝫ tumoē ſupbie· a elationis īprobe Rurſ⁹· qꝫ v̄itas ſ̄ rōnē ſiue p̄ter rōnē ē veritas n̄ viſa nec apparēs· ſ; magis occulta. a ad credēdū difficillima· ideo ad h̄ ꝙ firmit̄ credat̄ neceſſaria eſt illuſtratio veritatis· aīam eleuãs neceſſaria ē etiã teſtificatio auctoritatis· aīam firmãs· pᵐū fit per fidē infuſã. ſcđm p ſcp̄turã autēticã. quaꝝ vtrūqꝫ ē a veritate ſūma p Jhm xp̄m q̄ eſt ſplēdor a v̄bū a p ſpm̄ſcm̄ qui veritatē oñdit a dt et nihilomin⁹ credere facit· Hinc eſt ꝙ auctoritas p̄bet fulcimentū fidei· et fides aſſentit auctoritati·

Et qꝫ auctoritas p̄ncipalr̄ reſidet in ſacra ſcriptura· q̄ p ſpm̄ſcm̄

eſt condita tota ad dirigendam fidē catholicā. Hinc ē ꝙ vera fides a ſcꝑtura nō diſſonat·ſʒ ei aſſentit aſſenſione n̄ ficta. Poſtremo qꝛ veritas ad quā credēdā artamᷣ ꝑ fidē·⁊ de qua ſacra ſcriptura agit ꝓncipalit̄ nō eſt veritas q̄cunqꝫ·ſʒ veritas diuina·vel vt eſt in naturā ꝓpria·vel in naturā aſſūpta· Nā in huiꝰ veritatis cognitione· cōſiſtit ⁊ p̄miū patrie·⁊ meritū vie. Hinc eſt ꝙ articuli fidei q̄ ſūt fidei fūdamenta·aut ſpectāt ad deitatē·aut ad hūanitatē xp̄i. Et qm̄ diuinitas habet cōſiderari in tribꝰ pſonis·ſ· in prē generāte·filio genito·⁊ ſpiritu ſancto ꝓcedente·⁊ q̄druformi opatione·ſ·creatione in eſſe nature·recreatione in eē grē·reſuſcitatione·⁊ repatione vite·⁊ glorificatione·in collatione glorie Hinc ē ꝙ articuli ſpectātes ad deitatē ſūt ſeptē. Sic̄ qꝛ hūanitas xp̄i habet cōſiderari vt cōcepta de ſpū ſcō vt nata de v̄gine·vt patiēs ī cruce·vt deſcendēs ad infernū· vt reſurgens a morte · vt aſcēdens in celū·vt veniens ad finale iudiciū Hinc eſt ꝙ ſeptē ſūt articuli ſpectantes ad hūanitatē· et ſic ſūt in vniuerſo·q̄tuordecī ad modū ſeptem ſtellaꝝ ⁊ ſeptē candelabrorū aureoꝝ in quoꝝ medio filiꝰ hoīs ambulabat· Qm̄ ergo vnus eſt xp̄s ī naturā diuina ⁊ hūana·⁊ vna tm̄ eſt veritas ſūma·q̄ eſt ratio credendi·vna·p̄ma·ſūma·⁊ ſola·que nō mutatur p tpa Hinc eſt ꝙ de oībus p̄dictis articulis vna tm̄ eſt fides ⁊ eadē·nō mutata· tā in preſentibus·p̄teritis q̄ꝫ futuris· licet magis clara ſit ⁊ explicita·in eis q̄ xp̄m ſequūtur·q̄ꝫ in eis p̄ceſſerūt eius aduentū·ſicut nouum teſtamentū clarius eſt q̄ꝫ vetus in q̄bꝰ p̄dicti articuli cōtinētur· Et quia ſpūſſcūs hos articulos fidei ī ſcꝑturaꝝ ꝓfunditate ꝯtentos in vnū compegit p duodecī apl̄os tanq̄ꝫ p teſtes firmiſſimos· Hinc eſt ꝙ predicti articuli in vnū ſimbolum apl̄orū collecti fuerūt· et ideo ſm̄ apl̄os cōponentes duodecī articuli dici pn̄t qꝛ q̄libet apl̄s in edificatione fidei poſuit vnū articulum quaſi lapidē vnū viuū·quod ſpūſſcūs recte p̄figurauit in.xij.viris·qui·xij·lapides de iordanis alueo extraxeruut·ad altare deo cōſtruendum·

## Capitulū·viij·

De exercitio gratie reſpectu diligendoꝝ·

De diligendis autē hec tenēda ſūt·ꝙ licet oīa opa diuina ſint valde bona · q̄tuor tn̄ ꝓpe ſūt ex caritate diligenda·ſ· deus eternꝰ·qd̄ nos ſumus ꝓximꝰ noſter. et corpꝰ ꝓpriū· in quoꝝ dilectione ſeruādus ē ordo ⁊ modꝰ Vt deus p̄mo diligatur et ſup omnia·⁊ ꝓpter ſe· ſcd̄o ꝙ nos ſumꝰ ſub deo. et ꝓ deo·tercio ꝙ ꝓximus noſter ſicut ⁊ nos·q̄rto corpꝰ noſtꝝ infra nos· et infra ꝓximū· tanq̄ꝫ bonū minꝰ p̄cipuū ad hoc aūt exequēdū datur vnꝰ caritatis habitus et duplex man

datū in q̄ pendet vniūſitas legis
et ꝓphetaꝝ nō ſolū q̄tū ad vetus
teſtamētū· veꝝ etiā q̄tū ad nouū
¶Ratio autē ad intelligētiā pre-
dictoꝝ hec eſt· qꝛ primū ṗncipiū
hocipſo ꝙ ṗmū eſt ſūmū· ⁊ hipō
ꝙ ſūmū eſt ſūme bonū· hipſo ꝙ ē
ſūme bonū eſt ſūme beatū⁊ ſūme
beatificatiuū et hipſo ꝙ eſt ſūme
beatificatiuū· eſt ipō ſūme fruēdū
et hipō ꝙ ē ipſo ſūme fruēdū ſu-
me eſt ei inherēdū p amorē· et in
eo eſt q̄ſcendū tāq̄ in fine Quī
ergo amor rect⁹ ⁊ ordinat⁹ q̄ cari
tas appellat᷑· ṗncipalr̄ fert᷑ in illd
bonū q̄ fruit᷑· ⁊ i q̄ q̄ſcit· ⁊ hipſū
eſt rō diligēdi. Hinc ē ꝙ illd pre
cipue diligit tāq̄ btificatiuū⁊ ce-
tera p ꝯſequēs q̄ ꝓpt illd idonea
ſūt beatificari. Quī igit᷑ nobiſcū
ad btitudinē nat⁹ eſt ꝓxim⁹ pue
nire· natū eſt etiā puenīe corpus
noſtꝝ tāq̄ btificabile cū ſpū Hic
eſt ꝙ q̄tuor tm̄ ex caritate diligē-
da eē dicunt᷑· ſ· de⁹ ⁊ ꝓxim⁹· ſpūs
nr̄ ⁊ corp⁹· Rurſ⁹ qm̄ de⁹ ē ſup̄
nos tanq̄ bonū ſup̄mū Spūs nr̄
intra nos tamq̄ bonū itrinſecū· et
ꝓxim⁹ nr̄ iux̄ nos tāq̄ bonū cog-
natum· corp⁹ v̄o noſtꝝ infra nos
tāq̄ bonū ſubiectū· Hinc ē ꝙ hic
debet ſeruari ordo i diligēdo· Vt
ṗmo de⁹ diligat᷑ ſup oia⁊ ꝓpter
ſeipſū· ſcd̓o ſpūs nr̄ ſub deo ſup̄
oē bom caducū· tcio ꝓxim⁹ nr̄ iux̄
nos ad ꝯſile bom· q̄rto corp⁹ nr̄m
infra nos ſic bonū ifimiū⁊ in eodē
gradu ꝯtineri debet corp⁹ ꝓximi
qꝛ vtrumqꝫ tenet rōnē inferioris
boni· reſpcū ſpūs nr̄i· Poſtremo
qꝛ amor eſt pond⁹ mētis ⁊ origo
oīs affectionis mētalis· q̄ de facili
reflectitur in ſe· et difficilit᷑ tendit
in ꝓximū· ⁊ difficili⁹ eleuat᷑ in deū
Hinc eſt ꝙ licet q̄tuor ſint diligē
da ex caritate· duplex tm̄ dat᷑ mā
datū· vnū qd̓ dirigit in deū· aliud
qd̓ dirigit in ꝓximū Et qꝛ oīa
p̄cepta vel ad deū referūtur tanq̄
in finē· vel ad ꝓimū tanq̄ in illud
qd̓ eſt ad finē· Hinc ē ꝙ in hijs
duob⁹ mādatis claudit᷑ collectio
mādatoꝝ ⁊ cōprehenſio oīm ſcp̄
turarū et caritas ipſa eſt radix et
forma⁊ finis v̄tutū· iūgens ōnes
cū vltimo fine ⁊ ligās oīa· cōiūgit
ſimul et ordinat· ac p hoc ipſa ē
pond⁹ inclinationis ordinate et
vinculū colligationis pfecte· ordi
nem quidē ſeruās reſpcū diligen
doꝝ· diuerſoꝝ q̄tū ad affectū pa
riter ⁊ effectū. vnitatē aūt habēs
in habitu q̄tū ad vnū finē· ⁊ vnū
ṗncipale dilectū qd̓ eſt ratio dili
gendi reſpcū oīm alioꝝ dilectoꝝ
q̄ p amoris vinculū nata ſūt colli
gari in vnū xp̄m q̄tū ad caput et
ad corp⁹ qd̓ vniuerſitatē cōtinet
in ſe ſaluādoꝝ q̄ vniūſitas nūc in
choatur in via· ſed cōſūmatur in
eterna gloria· iuxta qd̓ dn̄s orat
vt ſint vnū ſicut et nos vnū ſum⁹
et ego in eis· et tu in me vt ſint cō
ſummati in vnitate· q̄ vnitate con
ſummata p vinculū caritatis erit
deus omnia in omnib⁹ eternitate
certa· et pace pfecta· erūtqꝫ oīa p
amorē cōmunia cōione ordinata

et ordinatione cōnexa·et cōnexio ne indiſſolubilit alligata·

## Capitulū·ix·

De exercitio grē reſpectu agendoꝝ pceptoꝝ et cōſilioꝝ.

De pceptis aūt legis dīne hoc tenēdū eſt ꝙ in lege moſayca ſūt pcepta iudicialia·figualia·ꝛ moralia·vtpote decē pcepta decalogi in duab⁹ tabulis cōſcripta digito dei·lex aūt digito dei·lex autē euāgelica iudicialia tēperat auferēdo·figuralia euacuat adiplendo·moralia cōſumat adijciēdo. Adijcit aūt documēta inſtruētia·pmiſſa excitātia ꝛ cōſilia pficientia·cuiuſmodi ſūt cōſiliū pauptatis·ꝯſiliū obedientie·et conſiliū caſtitatis·ad q̄ implenda īuitat dn̄s nr̄ Jh̄s xp̄s eū q̄vult eſſe pfect⁹· Rō aūt ad intelligentiā predictoꝝ h̄ eſt·quia pmū pncipiū ſicut eſt ſūme bonū in ſeipſo·ſic eſt ſūme iuſtū in opere ſuo·ꝛ invniūſi regimīe diſponēdo Qm̄ ergo ſūme iuſti ē ſeruaē iuſticiam nō tm̄ in ſe·veꝝ etiā in altero iuſticia autē ꝯſiſtit in cōformādo ſe regulis iuris Hinc eſt ꝙ dīne iuſticie ē regulas iuſticie homini imp̄meꝛ exp̄me nō tm̄ dictādo p modū veritatis erudiētis·ſ; etiam precipiēdo ꝛ obligando p modū volūtatis īperantis·et qm̄ grā facit volūtatē noſtrā dīne cōformē ipſi⁹eſt diſponē nos ad obtēperandūꝛ ſb̄iacēdū illis regul' iuſticie ſm dictamē legis dīnit⁹ date Rurſus qm̄ dīnis imperijs duplicier obtēpare ꝯtingit videlicz ex timore pene·vel ex amore iuſticie·ꝛ pmū eſt ipfectoꝝ·ſcd̄m aūt pfectoꝝ.ideo duplicē de⁹ hoī contulit legē·vnā timoris. et alteram amoris·vnā in ſuitutē generātē· alterā ī adoptionē filioꝝ dei trāſferentē·ac p hoc qꝫ timētib⁹ et impfectis cōpetit vt terreātur p iudicia·ꝛ mādu cātur p ſigna·ꝛ dirigātur nihilomin⁹ p pcepta Hinc eſt ꝙ lex moſayca q̄ ē lex timoris cōtinet iudicialiaꝛ figuraliaꝛ moralia·pfectis āt ꝛ amātib⁹ cōpetit pfecta inſtructio documētoꝝ. larga pmiſſio pmioꝝ·ꝛ alta pfectio cōſilioꝝ Hinc eſt ꝙ lex euāgelica cōtinet illa tria·ꝛ ideo dꝫ lex moſayca differre ab euangelica·qꝫ illa figure·hec veritatis·illa lex pene·hec gr̄e·illa litteral' et iſta ſpiritual'·illa timoris·ꝛ illa amoris. illa ſuitutis·et illa libertatis·illa occidens·et illa viuificās·illa oneris·et illa facilitatis· Poſtremo qm̄ regule ſpectāte' ad iuſticie neceſſitatē·cōtinētur in dīnis pceptis.et iuſticie eſt ius ſuū vnicuiqꝫ reddē·neceſſe ē ꝙ pcepta moralia quedā ſūt q̄ ordinēt nos ad deū. q̄dā ad pximū.ſm duplex caritatis pceptū qd̄ ſpūſſcūs voluit inſinuare·p duaꝝ miſteriū tabulaꝝ ꝛ ido digito dei ſcp̄te dicūtur Et qꝫ deus eſt trin⁹·pater·ſ·ꝛ filius et ſpūſſcūs cui cōpetit ſūma maieſtas adorāda·veritas pfitēda·ꝛ caritas acceptanda·ſm iraſcibilē rationabilēꝛ cōcupiſcibilē·p actū

operis· oris ⁊ cordis· ideo triplex
eſt mādatū p̄me tabule correſpōdēs
trib⁹ p̄miſſis· ſ· adorationis ſub⸗
iectiue· iurationis veridice· ⁊ ſab⸗
batizacōis ſacre Qz vō p̄xim⁹ ē
imago trinitatis· ⁊ ei inq̄tū p̄fert
imaginē p̄ris debet̄ pietas· inq̄tū
imaginē filij debet̄ veracitas· inq̄tū
imaginē ſpūſſci debet̄ benignitas
Hinc ē q̄ ſeptē ſūt mādata q̄ ad
ſcđam tabulā ſpectāt Nā penes
pietatē ſūt duo · vnū qđ pietatē
mādat· ſ. de prē honorādo· alterū
qđ ipietatē vetat· ſ· de nō occidēdo
Penes veracitatē vō q̄ p̄ncipaliter
cōſiſtit in v̄bo· accipit̄ vnū· ſ· de fal
ſo teſtimonio nō ferēdo Penes
benignitatē vō cui opponit̄ cupi⸗
ditas ⁊ cōcupiſcentia· q̄z vtraqz p̄t
eſſe in opere vel in corde· accipiūtur
q̄tuor· ſ· nō mechaberis. ñ cōcupiſ
ces vxorē· nō furtū facies· ⁊ nō cō
cupiſces rē alienā· et habēt hͤ or⸗
dinari ſm maiora ⁊ minora nocu
mēta· p q̄ infringi p̄t iuſticia· ⁊ ſic
regule ſpectātes ad iuſtiᵉ neceſſi⸗
tatē· debēt cōtineri in decē p̄ceptis
Qm̄ aūt iuſticia ad pfectionē p
uenit dū pfecte ſe elōgat a malo
et q̄tū ad culpam· et q̄tū ad cau⸗
ſam · et omne malū oritur ex tri⸗
plici radice· ſ· cōcupiſcentie carnis
⁊ cōcupiſcētie oculoꝝ· ⁊ ſupbie vite
Hinc eſt q̄ tria ſūt cōſilia euāge
lica· pfecte nos elongātia a tripli
ce radice p̄dicta· q̄ ideo ſūt cōſilia
qz vt pfecte faciāt recedē a malo
ñ ſolū ſepant ab illicitis· vez etiā
a licitis et cōceſſis· q̄ pñt eſſe occa
ſio mali. ac p hoc nō ſolū iuſticiā
cōtinent ſufficientē· vez etiā ſup⸗
habūdantē ſm q̄ cōpetit pfecti⸗
oni euangelice legis · et exercita⸗
tioni gratie pficientis.

Capitulū· x·

De exercitio grē reſpectu pe⸗
tendoꝝ et orandoꝝ

De petitionib⁹ aūt orōnis
dñice hͤ tenendū eſt· q̄ lz
deus ſit liberaliſſim⁹ et p
mior ad dandū q̄ nos ad accipi⸗
endū· tñ a nob̄ vult orari· vt occa
ſionē habeat largiendi dona grē
ſpūſſci Vult autē orari nō ſolum
orōne mētali q̄ eſt aſcenſus mētis
in deū· vez etiā. vocali q̄ eſt petitio
decētiū a deo. nō ſolū p noſipſos
vez etiā p ſcōs tanq̄ p coadiuto⸗
res nobis diuinitus datos · vt qđ
min⁹ digni ſum⁹ ipetrare p nos
ipetrare valeam⁹ p ſanctos· Et
qz quid orem⁹ ſm q̄ optet neſci
mus· ne vagarem⁹ incerti· formā
nobis tribuit dñs ⁊ de⁹ nr̄ xp̄us
in orōne quā compoſuit. in q̄ ſub
ſeptenario petitionū nūo vniuſi⸗
tas cōprehēdit̄ petēdoꝝ Nō aūt
ad intelligentiā p̄dictoꝝ hͤ eſt· qz
p̄mū p̄nᵐ ſicut ē ſūme vez ⁊ bonū
in ſcipſo· ſic miſericors et iuſtū in
ope ſuo· ⁊ qz miſericordiſſimū ē·
iō libētiſſime cōdeſcēdit hūane mi
ſerie p iſuſionē grē ſue· qz vō ſiſt
cū hͤ iuſtū ē· iō donū pfectū ñ dat
niſi deſideranti· nō dat gratiā niſi
regratianti· nō ipendit miſericor⸗
diā ñ cognoſcēti miſeriā· vt ſalua
ſit libertas arbitrij. et nō vileſcat

nobilitas diuini· et integre pſeuēt
cultus honoris diuini· Quiā ergo
oratiōis eſt diuinū affectare ſubſidiū·
ꝓpriū allegare defectū· ⁊ gratias
agē ꝓpter beneficiū gr̄ātis datum·
Hinc eſt ꝙ orō diſponit ad ſuſ-
ceptionē diuinoꝝ cariſmatū· et de-
cora vult ad h' vt munera largiat'
Rurſus· qꝛ ad hoc ꝙ deſideriū
efficacit' ſurſū tēdat ad īpetrādū
dona diuina· neceſſe eſt ꝙ affectio
nr̄a ſit feruida· ⁊ cogitatio in vnū
collecta· ⁊ expectatio nr̄a ſit certa ⁊
firma· ⁊ qꝛ cor noſtꝝ frequēter ē
tepidū· freq̄nter diſperſū· freq̄nt'
etiā pauidū ꝓpt' pc̄tī remorſū· n'
audēs p ſeipſū cōpere añ dei con
ſpectū Hinc eſt ꝙ dn̄s voluit nos
nō tm̄ orare mētalit'· verū etiā voca-
liter ad noſtri affect' excitationē
p vba· et ad collectionē cogitatio
nū p ſenſū vboꝝ. Voluit etiā nos
orare p ſcōs· ⁊ ſcōs ꝓ nob' ad dan
dū fiduciā pauidis· vt qd' nō au
dent vel nō pn̄t īpetrare p ſe· per
ydoneos īpetratorēs obtineāt· ac
p hoc in orātib' humilitas cōſer-
uetur· in ſcīs intercedētib' dignitas
declaret'· in oīb' etiā xp̄i mēbris
caritas ⁊ vnitas oñdatur· q̄ q̄ infe
riora ſūt ad ſupiora fiducialit' re-
currāt ⁊ ſupiora īferiorib' liberalit'
cō deſcēdant Poſtremo· qꝛ deus
iuſt' et miſericors exaudiē nō dꝫ
niſi in hijs q̄ ſpectāt ad ſuū hono
rem et ad noſtrā ſalutē. huiꝰ aūt
ſūt q̄ ſpectāt ad premiū patrie· ⁊
ad viaticū vie· et p̄ma ſūt tria· ſe-
quētia q̄tuor Hinc ē ꝙ petitiones
dn̄ice orōnis q̄ docēt q̄d petē vti-
liter debeam' · ſūt ſeptē. q̄ eīn ſpec
tant ad diuinū honorē ⁊ p̄miū pa-
trie ſūt tria· ſ· ītelligētia veritatis·
reuerētia maieſtatis· et cōcordia
volūtatis· Siue p alia vba. vel
eſt viſio ſūmi veri qd' nō videt' niſi
a mundis ⁊ a ſcīs· et hoc petit' cū
dꝛ ſāctificet' nomē tuū· i· tui nois
noticia pfectis ſanctis et mundis
donetur Vel eſt tētio ſūmi ardui
q̄ reges facit· et p quā regnū ha-
betur· ⁊ h' petitur cū dꝛ aduenìat
r̄gnū tuū· vl' eſt fruitio ſūmi boni
q̄ nō datur niſi hijs q̄ voluntates
ſuas habēt diuine volūtati ꝯformes
et h' petitur cū dꝛ· fiat volūtas tua
Que autē ſpectāt ad tn̄ſitū vie·
aut reſpiciūt collationē boni cōfe
rētis· aut amotionē mali nocētis·
Collatio aūt boni cōferētis pe-
titur in pane q̄tidiano ſiue ſbali·
in q̄ petitur q̄cq̄d neceſſariū ē ad
cōſeruationē vite pn̄tis · ſiue ſm
ſpm̄ ſiue ſm corp' Amotio aūt
mali nocētis petit' i trib' vltimis
qꝛ oē malū aut tenet rōnē p̄teriti
aut futuri· aut pn̄tis Vel alit'· aut
tenet rōnē mali culpe· aut pugne
aut pene· p̄mū petit' amoueri in
dimiſſiōe debitoꝝ· ſcdꝫ in victoria
tēptationū· t'ciū ⁊ vltimū in libera
tione ab oppſſione maloꝝ . et ſic
ſeptē ī vniu'ſo ſūt peticōnes ī q̄b'
vniu'ſalit' petit' q̄cq̄d petendū ē
⁊ hoc quidē ſatis recte· vt ſepte-
narius petitionū reſpōdeat ſep-
tenario diuinoꝝ cariſmatū ⁊ donoꝝ
grē ſeptiformis· Propter quod

notandū eſt ꝙ ſeptiformē ſepte-
nariū ꝯponit nobis ſacra ſcrip̄tura
ꝯſiderandū .ſ. vitioꝝ capitaliū ſa
cramētoꝝ. v̓tutū. donoꝝ. et btītu-
dinū. petitionū. et dotū glorioſa-
rū. triū ſcȝ ſpūaliū. ⁊ q̄tuor corpo
raliū. ſicut inferiꝰ apparebit ¶ Pro
ponit ergo ſeptenariū vitiorum
tanq̄ꝫ primū. a q̄ debemꝰ recedere
Septenariū ſac̄mentoꝝ. ſcđm
ꝑ quē debemꝰ incedē Septenariū
dotū vltimū quē debemꝰ appetere
Septenariū petitionū penulti-
mū. q̄ debemꝰ petē. Septenariū
aūt v̓tutū donoꝝ ⁊ btītudinū tri-
plicē intermediū. ꝑ quē debemuſ
trāſire. vt ſic ſepties in die laudā
tes nomē dn̄i. ⁊ orātes ipetremꝰ
gratiā ſeptiformē donoꝝ. virtutū
et btītudinū. q̄ vincamꝰ ſeptifor-
mē pugnā vitioꝝ capitaliū. et ꝑ-
ueniamꝰ ad ſeptiformē coronam
dotū glorioſaꝝ adiuuāte nihilo-
minꝰ ſeptiformi medicina ſac̄mē-
toꝝ diuinitus ad repatiōnē huma
ni generis ſtatutoꝝ.

Explicit q̄nta pars.

¶ Incipit pars ſexta de medici-
na ſacramentali

Capitulū p̄mū.

¶ De ſacramētali origine

POſtq̄ꝫ actum eſt de
trinitate dei. ⁊ de cre
tura mundi. de cor-
ruptela pc̄ti. et de
incarnatione v̓bi. ⁊
de grā ſpūſſcī. iam nūc ſexto agen
dum eſt de medicina ſacramētali
¶ Circa quā ꝯſiderāda ſunt ſeptē

Agendū eſt eīn de ſac̄mētoꝝ ori
gine. variatione. diſtinctione. in-
ſtitutōne. diſpēſatione. iteratione
et vniuſcuiuſqȝ integritate. De
origine igiᵗ ſac̄mētoꝝ h̄ tenendū
eſt ꝙ ſac̄mēta ſūt ſigna ſenſibilia
diuinitꝰ inſtituta tāq̄ꝫ medicamēta
in q̄bus ſub tegumēto rerū ſenſi
biliū. diuina v̓tus ſecretiꝰ operatur
ita ꝙ ipſa ex ſilitudine repn̄tant
ex inſtitutione ſignificāt. ex ſancti
ficatione ꝯferūt aliquā ſpūalem
ḡtiā ꝑ quā aīa curatᵗ ab infirmita
tibus vitioꝝ. ⁊ ad h̄ p̄ncipalr or-
dinātur tanq̄ꝫ ad finē vltimū. va-
dent tn̄ ad hūiliationē eruditōnē
et exercitationē. ſic̄ ad finē q̄ eſt ſub
fine ¶ Rō aūt ad ītelligentiā pre-
dictoꝝ hec eſt. qꝛ p̄ncipiū repa-
ratiuū qđ eſt xp̄s crucifixus. v̓bū
incarnatū qđ ſapiētiſſime diſpen
ſat oīa. qꝛ deuiū clementiſſime cu
rat. qꝛ diuinitꝰ incarnatū. ſic debet
reparare ⁊ ſanare humanū genꝰ
egrotū ſm qđ ꝯpetit ipſi egrotā
ti egritudini. et occaſione egritu-
dini. et ipſiꝰ egritudinis curationi
Ipſe aūt medicus eſt v̓bū incar
natū deꝰ .ſ. inuiſibilꝭ ī natura viſibili
Homo egrotās ē nō tm̄ ſpūs nᶜ
tm̄ caro ſed ſpūs in carne mortali
Morbus autē eſt originalꝭ culpa
q̄ ꝑ ignorātiā inficit mētē. et ꝑ ꝯ
cupiſcētiā īficit carnē ¶ Origo autē
huiꝰ culpe licet p̄ncipalr fuerit ex
ꝯſenſu rōnis. occaſionē tn̄ ſūpſit
a ſenſibꝰ carnis. ad h̄ ergo ꝙ me
dicina correſpondēs eſſ& oībꝰ ſupdcīs
oportuit ꝙ nō tm̄ eſſ& ſpūalis. verꝫ

etiā aliq̄d habēt de ſenſibilibus
ſignis· vt ſicut hec ſenſibilia fue-
runt aīe occaſio labēdi· ita eſſent
ei occaſio reſurgēdi· ¶ Qm̄ igitur
ſigna ſenſibilia ꝗtū ē de ſe nō ha
bent efficacē ordinationē ad ḡtiā
licet habeāt lōginquā repn̄tatio
nē de ſui natuā. Hinc ē ꝙ optuit
ꝙ ab auctore grē īſtituerētur ad
ſignificādū ⁊ bn̄dicerētur ad ſcīfi
candū· vt ſic eēnt ex natuāli ſimi
litudine repn̄tātia·ex adiūcta in-
ſtitutione ſignificantia·⁊ ad ḡtiā
ꝑparantia·ꝑ quā curet̄ ⁊ ſanaret̄
aīa nr̄ā Rurſ⁹ qm̄ ḡtia curatiua
nō datur elatis· icredul̄ ⁊ faſtidi
oſis· ið̄o optuit ħ ſigna ſēſibilia
d̄mit⁹ dari· q̄ nō ſolū ſcīficarēt et
ḡtiā cōferrēt· ac ꝑ ħ ſanarēt. veꝝ
etiā ſignificatione erudirēt· ⁊ ſuſ
ceptione humiliarēt· ⁊ diūſifica-
tione excitarēt·vt ſic ꝑ excitatōnē
excluſa accidia a concupiſcibili ꝑ
erudicōꝫ excluſa ignorātia a rōna
li. ꝑ hūilitatē excluſa ſupbia ab
iraſcibili·tota aīa curābil̄ fiēt a grā
ſpūſſcī q̄ reformat nos ƀm has
tres potētias ad imaginē trinita
tis ⁊ xp̄i ¶ Poſtremo qm̄ ꝑ huiͦ hmōi
ſigna ſenſibilia d̄mit⁹ īſtituta grā
ſpūſſcī ſuſcipit̄. ⁊ in eis ab accedē
tibus īuenit̄· Hinc ē ꝙ hmōi ſac̄
mēta dicūt̄ grā· vaſa ⁊ cauſa· non
q2 grā in eis ſbalit̄ contineat̄· nec
cauſalit̄ efficiat̄· cū in ſola aīa ha-
beat collocari· ⁊ a ſolo deo habeat
infūdi Sed q2 in illis ⁊ ꝑ illa ḡtiā
curationis a ſūmo medico xp̄ō· ex
d̄mo decreto optet hauriri·lꝫ de⁹
nō alligauerit ſuā ḡtiā ſac̄mētis
Ex p̄miſſis igit̄ apparet nō ſolū
q̄s ſit ſacr̄oꝝ ortus· veꝝ etiam q̄s
vſus ⁊ q̄s fruct⁹ Nā ort⁹ eoꝝ eſt
xp̄s dn̄s Vſus autē ē eoꝝ act⁹ ex
ercitatiu⁹· eruditiu⁹· ⁊ hūiliatiu⁹
Fruct⁹ aūt ē hoīm cura ⁊ ſal⁹ Pa
tet etiā q̄ ſit cā efficiēs ſacr̄oꝝ· q2
d̄ina īſtitutio Que materialis· q2
ſigni ſenſibil̄ repn̄tatio Que for
malis· q2 ḡtuita ſcīficatio Que fi
nalis· q2 hoīm medicinal̄ curatio
¶ Et q2 denoīatio fit a forma ⁊ a
fine Hinc ē ꝙ dicunt̄ ſac̄mēta q̄ſi
medicamēta ſcīficātia· ac ꝑ ħ em̄
aīa a feditate vitioꝝ reducitur ad
ſcīficationē ꝑfectā· ⁊ ið̄o licet ſint
corporalia ⁊ ſenſibilia· ſūt tn̄ vene
randa tāq̄ ſcā· q2 ſac̄ ſigficāt miſ
teria ⁊ ad ſac̄ ꝑparāt cariſmata· et
a ſac̄tiſſimo d̄o data· ſac̄ īſtitucōe
⁊ bn̄dictōe d̄mit⁹ ꝯſec̄ta· ad cultū
ſac̄tiſſimū dei in ſac̄ ecc̄ia ꝯſtituta
ita vt merito dici debeāt ſac̄mēta·

¶ Capitulū· ij·

¶ De variatione ſacramētoꝝ·

De variatione ſac̄mētoꝝ.
ħ tenendū ē· ꝙ ſac̄mēta
ab initio ad curationem
hoīs ſūt īſtituta· ⁊ ſꝑ cū morbo ho
minis cucurrē· ⁊ vſqꝫ in finē ſeculi
ꝑdurabūt· ꝫ alia fuerūt i lege na-
ture· alia ſub lege ſcp̄ta· alia ſub
grā· et i hijs oīb⁹ illa q̄ poſterioā
ſūt ſigficacōe ſ̄t euidētiora· ⁊ effcā
grē digora· In lege em̄ nāe fuerīt
oblationes· ſacrifitia· ⁊ decimatio
nes In lege aūt ſcp̄ta ītroducta ē
circūciſio· ſupaddita ē expiatio· et

ſupadicta oblationū decimatio-
ne· ⁊ ſacrificioꝝ multiformis diſ-
tinctio ¶ In lege autē noua ſtatuta
ſūt ſacra nūo pauciora· vtilitate
potiora· virtute efficaciora· ꝑemi
nētia digniora· in q̄b⁹ ē īpletio ſił
⁊ euacuatio ſacrōꝝ oīm ꝑdictoꝝ
Nō aūt ad ītelligētiā ꝑdcōꝝ ħ
eſt· qꝛ v̄bū īcarnatū qꝺ eſt repa-
tionis nr̄ē p̄n^m ⁊ fons ⁊ origo ſa-
cramētoꝝ cū ſit clemētiſſimū ⁊ ſa-
pientiſſimū· eo ꝙ clemētiſſimū eſt
nō pmiſit ꝙ curreret morb⁹ pcti
ſine remedio ſac̄mēti. eov̄o ꝙ ſa-
pientiſſimū ē· ið̄o iux̄ dictamē ſue
īmutabił ſapiē cūcta ordinatiſſiē
gubernātis diu̇ſa adhibuit me-
dicamēta. ⁊ varia ſcðꝫ mutationē
variā tpm diu̇ſoꝝ ¶ Qm̄ ergo ab
initio ꝓcurrēte tpe et aduētu ſal-
uatoris magis ac magis appro-
pinquāte· ſp magis ac magis ef-
fectus ſalutis· creuit ⁊ cognitio ve-
ritatis cō̄gruū fuit ⁊ ip̄a ſig̃ ſalu-
tis̾ p ſucceſſionē tpm· alia p⁹ alia
variari· vt effect⁹ grē v̄ine in ſa-
lutē creſcēt· ſimulqꝫ ⁊ ip̄a ſig̃fica°
in ipſis ſignis viſibilib⁹ euidētior
apparēt· et iō p̄mū p oblationes·
⁊ poſtea p circūciſionē· ad vltimū
p baptiſmalē ablutionē expiatio
nis ⁊ iuſtificacōis ſacrm̄ fōꝛłr īſti-
tutū ē· qꝛ eiuſdē mūdatioīs fōē et
ſiſitudo ī oblacōe q̄dē occulte in-
uenił· in circūciſione v̄o euidētius
exp̄mił· p baptiſmū āt maīfeſti⁹
declarat ¶ Et hinc ē ꝙ illa p̄mi tpis
ſacra ſicut dt Hugo fuerūt ſic veri
tatis vmbra. medij tpis· ſic figuā

ſeu imago· poſtremi ſcꝫ grē cui⁹
ſacra intra ſe veritatē ⁊ g̃rā cura-
tricē cōtinēt quā p̄ntāt· ⁊ p̄ntialr
ꝯferūt qꝺ ꝓmittūt ¶ Rurſus qm̄
p̄ntia veritatis ⁊ grē q̄ in lege grē
exhibeł rōne ſue excellētie ⁊ mul-
tiformitatis in opere v̄tute. p vnū
ſignū exp̄mi n̄ poterāt vt decebat·
Hinc eſt ꝙ in oī tpe ⁊ lege plura
fuerūt ſacra data ad illā veritatē ⁊
g̃rā exp̄mēdā· ſꝫ p̄cipue in tpe le
gis figure cui⁹ ē figurarē· mł̄ta ſig̃
⁊ varia p̄ceſſerūt q̄ ſua varietate
xp̄i g̃rā multipłr exp̄merēt ⁊ ex-
cellētius ꝯmēdarēt· ⁊ multipłr cō
mendādo nutrirēt puulos· exer-
cerent pfectos· ⁊ duros onerādo
frāgerēt· et ad iugū g̃rie domarēt
et q̄dāmō emollirēt· Poſtremo
qm̄ ſupueniēte veritate ceſſat vm-
bra· ⁊ figura p̄nūcians ſortił finē
intētū· q̄ habito ceſſar̄ dꝫ ei⁹ vſus
et act⁹· Hinc ē ꝙ grā ſupueniēte
vetera ſacra ⁊ ſigna īpleta ſūt pa
riter ⁊ ſublata ¶ Et qꝛ ſigna erant
p̄noſtica futuroꝝ ⁊ q̄ſi ꝓnūciātia
de lōginq̄· et noua nihilomin⁹ in-
ſtituta tanq̄ demōſtratiua p̄ntis
gratie· et rememoratia q̄dāmodo
paſſionis dnīce q̄ fons ē et origo
g̃rie curātiue· ſiue ī nob̄ ſiue ī hijs
q̄ p̄ceſſerūt xp̄i aduentū· ſꝫ ī hijs
q̄ p̄ceſſerūt tanq̄ p̄ciū ꝓmiſſū in
hijs q̄ ſequūł tanq̄ p̄ciū pſolutū
Et qm̄ nō debeł g̃ti a ꝓmiſſioni
p̄cij niſi rōne pſolutiōis· ⁊ abun
dātior debeł pſoluto p̄cio q̄ ꝓmiſ
ſo Hinc ē ꝙ paſſio xp̄i īmediati⁹
ſc̄ificet ſacra legi̾ noue· ⁊ plenioi

gratia in eis redundat. ꝓpter qd illa ꝓparauerūt et ꝑduxerūt ad h̄ ſic via ad terminū. ſic ſigm̄ ad ſignū ſicut figura ad veritatē. et ſic impfectū reducit et ꝑparat ad pfectū.

Capitulū. iij.

De nūo ſacrōꝝ et diſtinctione.

De diſtinctione aut nūo ſacrōꝝ noue legis hoc tenendū ē. ꝙ ipa ſūt ſeptē ſm corrñdentiā ad gr̄ā ſeptiformē. q̄ p ſeptenariū tpis nos reducit ad pncipiū. quietē et circulū eternitatis. ſicut ad octauā reſurrectionis vniuſal. Hoꝝ ſacrōꝝ ianua eſt baptiſmꝰ. deinde confirmatio. eukariſtia. pnīa. vnctio extrema. ordo. et mr̄imoniū. qd licz vltimo collocet ꝑpt morbū cōcupiſcētie ānexū. ipſū tn̄ fuit an̄ oīa itroductū in padiſo etiā an̄ pctm̄

Nō aūt ad itelligentiā pdictoꝝ h̄ eſt. qꝛ pncipiū noſtꝝ repatiuū et curatiuū nrōꝝ morboꝝ xp̄s dn̄s verbū icarnatū. cū ſit deivirtus et ſapia et miſericordia nr̄a ſic potēter. ſic ſapienter. ſic clemēter. ſua debet inſtituē ſacr̄a in lege grē. vt nihil ꝓrſus deſit curationi noſtre ꝙtū cōpetit ſtatui vite pn̄tis Ad pfectā aūt curationē egritudinis cōcurrūt hec tria. ſ. expulſio egritudinis. introductio ſanitatis. et cōſeruatio itroducte ſanitatis vel ſalutis. Primū igit qm̄ ad pfectā curationē pfecta et vniuſal reqrit morbi expulſio. et morbꝰ ē ſeptiformis. triplex culpabilis. ſ. culpa originał. mortał et venialis. qdrupler penał. ſ. ignorantia. malicia infirmitas. et cōcupia. et nō ſanat oculū qd ſanat calcaneū. ſicut dt Jhero. Hinc ē ꝙ oꝑtuit adhiberi ꝯtra h̄ ſeptenariū medicamētoꝝ ad hūc ſeptiformē morbū plenꝰ expellēdū. ſ. ꝯtra origialē baptiſmū. circa mortalē pnīam. cōtra venialē extremā vnctionē. cir̄ ignorantiā ordinē. ꝯtra maliciā eukariſtiā. circa ifirmitatē ꝯfirmationē et ꝯtra cōcupiaz mr̄imoniū qd eā tēpat et excuſat Rurſꝰ qꝛ pfecta curatio nō p̄t eē ſine reſtitutione integre ſanitatis. et ſanitas aīe in tegra ꝯſiſtit i vſu ſeptē vtutū. triū ſcz theologicaꝝ. et q̄tuor cardinaliū. Hinc ē ꝙ ad haꝝ vſū integrū ſane reſtituēdū inſtitui oportuit ſeptiforme ſacr̄m Nā baptiſmus ſanādo diſponit ad fidē. ꝯfirmaº ad ſpem. eukariſtia ad caritatē. pnīa ad iuſticiā. vnctio extrema ad pſeuerantiā q̄ eſt fortitudinis ꝯplementū. et ſūma. ordo ad prudentiā. matrimoniū ad tēperātiā ꝯſeruādā quā maxie pſeqt infirmitas carnis ſed honeſtas remediat nuptiaꝝ. Poſtremo q̄niā pfecta curatio eē nō p̄t ſine ꝯſeruatione ſalutis introducte. et ſalus introducta cōſeruari nō p̄t in cōflictu certamis niſi in acie eccleſie q̄ eſt terribił vt caſtroꝝ acies ordinata. et h̄ q̄dē fit p ſeptiformis grē armaturā. Hinc ē ꝙ neceſſe ē ſeptē eſſe ſacr̄a. Nā vt h̄ acies ſit pfecte et ꝯtinue ꝯmunita. cū ꝯſtet ex ptibus corruptibilibꝰ indiget

ſacramẽtis munientib⁹·releuãti-
bus·et renouantib⁹·munientib⁹
pugnãtes·releuãtib⁹ cadentes·ꝛ
renouãtib⁹ morientes· Sacrãmẽtũ
aũt muniẽs aut munit ingrediẽ-
tes·et ſic eſt baptiſm⁹·aut ſtãtes
et ſic eſt ↄ̄firmatio·aut exeũtes·
et ſic ē extrema vnctio· Sacrãmẽtũ
aũt releuãs·aut releuat a caſu ve
niali·et ſic ē eukariſtia·aut a mor
tali ſic eſt pñia ⸿ Sacrãmentũ autẽ
renouãs aut renouat in eſſe ſpi-
rituali·et ſic ordo· cuius eſt admi
niſtrare ſacramẽta·aut in eſſe na-
turali·et ſic matrimoniũ·qđ quia
renouat hoiez in eē natuē qđ eſt
oĩm fũdamentũ· Ideo p̄mo fuit
ante oĩa introductũ·licet ꝓpter
morbũ ↄ̄cupie ãnexũ Et qꝛ mi-
nime ſc̄ificatiuũ·q̄ꝛuis ſignificatio
ne ſit ſacrãmentũ magnũ int̄ medi
camẽta ſpũalia vltimo collocatur
et locũ ſortit⁹ extremũ· Vnde qꝛ
baptiſm⁹ eſt ingrediẽtiũ· ↄfirma
tio pugnãtiũ·eukariſtia vires re-
ſumentiũ·pñia reſurgẽtiũ·extre-
ma vnctio exeuntiũ·ordo nouos
milites ĩtroducẽtiũ·matrimoniũ
nouos milites p̄parantiũ. patet
ex hijs ſufficientia ꝛ ordo medica
mentoꝝ ſacrãmentaliũ ꝛ armoꝝ·

⸿ Capitulũ·iiij·

⸿ De inſtitutione ſacrãmentoꝝ

De inſtitutione aũt ſacrãmẽ
toꝝ h̄ tenendũ ē·q̄ ſeptẽ
ſacrã legis grẽ xp̄s inſti
tuit tanq̄ noui teſtamẽti media-
tor·ꝛ precipu⁹ legiſlator·in quo
vocauit ad ꝓmiſſa eĩna·dedit p̄-
cepta dirigentia·ꝛ inſtituit ſacrã
ſc̄ificãtia ⸿ Inſtituit v̄o ea in v̄bis
et elemẽtis·ad euidentiã ſignifica
tionis·ꝛ efficaciã ſc̄ificacõis·ita q̄
ſemp h̄ñt ſignificantiã veritatis ſ;
nõ ſp̄ efficaciã cuãtionis·non ꝓp̄t
defectũ a p̄te ſui·ſ; a p̄te ſuſcipiẽ-
tis Inſtituit aũt predicta ſacrã
diũſimode ⸿ Quedã ſcꝫ ex eis ↄ̄fir
mãdo·approbãdo·et ↄ̄ſũmando·
vt m̄rimoniũ ꝛ pñiam ⸿ Quedã ãt
inſinuãdo ꝛ initiãdo vt ↄfirmatio
nem ꝛ vnctionẽ extremã·⸿ Quedã
v̄o initiando ꝛ ↄ̄ſũmando·ꝛ in ſe
metipſo ſuſcipiẽdo· vt ſacrãmentũ
baptiſmi·eukariſtie·et ordinis·ſ;
eĩ tria plene ĩſtituĩt·et etiã p̄m⁹
ſuſcepit· ⸿ Nõ aũt ad ĩtelligentiã
p̄dictoꝝ h̄ eſt·qꝛ p̄ncipiũ repara
tiuũ noſtꝝ eſt xp̄s crucifix⁹·v̄bũ
ſcꝫ ĩcarnatũ·q̄ qꝛ verbũ eſt patri
coeq̄le ꝛ ↄ̄ſbale·eſt v̄bũ ſũme vir
tutis·ſũme veritatis·ꝛ ſũme boni-
tatis·ac p h̄ et ſũme auctoritatis.
ideo ipſi⁹ eſt ꝓ̄e nouũ teſtamẽtũ
introducē ipſi⁹ etiã eſt legẽ dare
integrã·et ſufficiẽtẽ ſ̄m exigentiã
ſũme v̄tutis ꝛ veritatis ac bonita-
tis ſue Rõne igi² ſũme bonitatis
ꝓmiſſa ꝓpoſuit beneficia· Rõne
aũt ſũme veritatis p̄cepta dedit di
rigentia Rõne v̄o ſũme v̄tutis ſa-
cramẽta ſtatuit adminiculãtia vt
ſic p ſacrãmẽta v̄tus repetur ad im
plenda p̄cepta dirigẽtia·ꝛ p pre
cepta dirigẽtia pueniẽt ad ꝓmiſ-
ſa eterna·faciẽte hoc v̄bo eterno
xp̄o ſcꝫ dño in lege euangelica in-
q̄tũ ē via veritas ꝛ vita Rurſus

quomã repatiuũ p̃ncipiũ non ſo
lum eſt verbũ inq̃tũ verbũ· ſʒ etiã
inq̃tũ icarnatũ ⁊ipſo ꝙ icarnatũ
oĩbus ſe offert q̃tũ ad noticiã ve-
ritatis· et oĩbus digne accedẽtibꝫ
ſe exhibet ad g̃tiã curationis Hic
eſt ꝙ tanq̃ plenũ grẽ et veritatis
ad maiorẽ euidẽtiã ſignificãdi· et
efficaciã ſcĩficandi· ſacr̃a iſtituit ĩ
elemẽtis ſimł ⁊ v̾bis· vt dũ elemẽ
ta ocuł· et v̾ba auribꝰ ſe offerrẽt·
q̃ ſũt duo ſenſus maxie cognoſci
tiui· euidẽtiã darẽt ſignificacõis
expꝛ̃ſſe· deĩde etiã ꝙ v̾ba ſcĩficarẽt
elemẽta vt pleniõ fiẽt efficacia cu
rationis hũane· q̃ qm̃ nulli datur
repugnãti ⁊ ĩpugnãti interiꝰ fon
tem grẽ in corde. iđo ſic inſtituta
ſũt vt ſignificarẽt ſp̃a vniuſalr· ñ
aũt ſcĩficarẽt niſi digne accedẽtes
et abſqꝫ oĩni fictione Poſtremo
qm̃ ⁊ ſi verbũ incarnatũ ſit fructꝰ
grẽ ſacr̃mẽtalis· aliq̃ tñ grã ſacr̃mẽ
talis fuit añ ĩcarnationẽ· aliq̃ v̾o
nõ· niſi pꝰ ſpũſſcĩ miſſionẽ quedã
autẽ medio mõ ſe habẽs. Hinc ẽ
ꝙ oportuit ſacr̃a iſtitui diu̾ſimo
de· Nã ante ĩcarnatõnẽ neceſſa
ria fuit ⁊ cõpũctio pnĩał· ⁊ gñatio
mr̃imoniał· iđo h̾ duo ſacr̃a ñ de
nouo iſtituit· ſʒ iã a ſe inſtituta· et
nãli dictamĩ q̃dã mõ impꝛ̃ſſa cõſũ
mauit ⁊ cõfirmauit ĩ lege euãgeli
ca· dũ pnĩam p̃dicauit ⁊ nuptijs
intẽfuit· ⁊ legẽ cõiugij approbauit
v̾m ꝙ colligit̾ ex diu̾ſis euãgelij
locis· Ante v̾o ſpũſſcĩ miſſionẽ·
nec fuit plena ſpũſſcĩ donatio ad
cõſũmationẽ· et nõis xp̃i publicã
confeſſionem. nec vnctio mentis
plenaria ad eleuationem. Ideo
hec duo ſacr̃a· ſ· ꝯfirmtionẽ ⁊ ex-
tremã vnctionẽ xp̃ꝰ ſolũ initiauit
⁊ iſinuauit Cõfirmatõnẽ manuũ
puulis ĩponẽdo ⁊ p̃dicendo diſci
pulos baptizãdos ſpũſcõ Vnctio
nem v̾o extremã diſcipulos ad cu
randũ mittẽdo q̃ infirmos vnge-
bant oleo· ſicut ĩ marco Medio
autẽ tpe ⁊ fuit regñatio ⁊ eccleſie
ordinatio· et ſpũalis cibatio. ideo
xp̃s h̾ tria ſacr̃a· ſ· baptiſmi· euka
riſtie· et ordinis· ⁊ cõplete ⁊ clare
inſtituit· p̃mo baptiſmũ ſuſcipiẽ-
do· deinde formã dando et ceteris
publicãdo· Ordinẽ v̾o dãdo· p̃-
mo ptãtẽ ligandi et ſoluẽdi pctã
hũani gñis· ⁊ ptãtẽ cõficiendi ſa
cramentũ altaris Eukariſtiã v̾o
cõpando ſe grano frumẽti ⁊ cõfici
endo ⁊ dando diſcipulis imĩnẽte
paſſione ſacr̃m corpis ⁊ ſangui-
nis ſui· ⁊ ideo h̾ tria ſacr̃a p xp̃m
diſtincte ⁊ integre debuerũt inſti
tui· et in lege veteri multiplr̃ figu-
rari tanq̃ ſacr̃a ſĩbalia noui teſta
mẽti ⁊ ip̃a legiſlatoris v̾bi· ſ· incar
nati

## Capitulũ· v·

## De diſpẽſatione ſacr̃mentoꝝ.

De diſpẽſatione ãt ſacroꝝ
hoc tenendũ eſt· ꝙ ptãs
diſpẽſationis ſacr̃mentoꝝ
regulariter ſpectat ad ſolũ genꝰ
hũanũ In oĩbꝰ ſacr̃mẽtis diſpen-
ſandis neceſſaria eſt intẽtio ĩ diſ-
penſante In aliq̃bꝰ etiã neceſſa
rio cũ intẽtione req̃rit̾ ordo ſacer
ſcꝫ pontificalis vel ſacerdotalis.

Pontificalis in quã neceſſari⁹ eſt
diſpẽſationi ↄfirmationis ⁊ ordi
nis Sacerdotal' in quã neceſſari⁹
eſt diſpẽſatõni eukariſtie· et pñie
et vnctionis extreme· Baptiſm⁹
autẽ et mr̃imoniũ· lȝ ad ſac̃dotes
ſpectẽt· pñt tñ p̃ter ordinẽ ſacer-
dotalem dari ⁊ diſpẽſari de facto·
maxie in articulo neccĩtatis· Hijs
aũt excedẽtib⁹ ſacr̃a diſpẽſai pñt
a bonis ⁊ a mal'. a fidelib⁹ ⁊ ab he
reticis· intra eccleſiã ⁊ ex̃· ȝ itra ꝺm
veritatẽ ⁊ ad vtilitatẽ· ex̃ vo nõ ad
vtilitatẽ· lȝ diſpẽſent' ꝺm veritatẽ·
¶ Rõ aũt ad itelligentiã p̃dictoꝝ
ȝ eſt. qꝛ repatiuũ p̃n^m nr̃m· vbũ
·ſ· icarnatũ in q̃̃ tñ de⁹ et hõ ſacr̃a
